



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt
quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales
non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum
assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ
oraculis, & Sacr. ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1707

Titulus XIV. De administratione, & alienatione rerum Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)



FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

TITULUS XIV.

De Administratione, & alienatione rerum Ecclesiarum.

Edicti monitorialis contra occupantes bona, & jura Ecclesiarum.

FORMULARIUM

SUMMARIUM

- 1 **B**ona Ecclesiarum sunt patrimonium Christi.
Ecclesiastici in bonis, Ecclesie habent solum usum.
- 2 Bona Ecclesie surripientes sunt excommunicandi.
Debitorum Ecclesie, qui debitum non solvunt non dicuntur Usurpatores.
Rectores Beneficiati incidere facientes Arbores frugiferas in bonis Ecclesie, non dicuntur Usurpatores, sed alienantes.
- 3 Cathedralicum dicitur census Ecclesie Cathedralis.
- 4 Cathedralicum prescribi non potest, & debetur ab Ecclesiis Beneficiatis non obstante consuetudine non solvendi, & num. 5. & 6.
- 7 Cathedralicum respicit legem Dioecesanam.

Non debetur à Clericis non Beneficiatis.

Neque ab illis, qui ordinantur ad titulum Masse communis.

Debet solvi à seminario pro Beneficiis unitis.

8 Cathedralicum debetur juxta quantitatem, & taxam solvi solitam rationabilem.

9 Decimæ debentur jure Divino, quæ vero de jure Ecclesiastico.

Decimæ solo Parocho solvendæ sunt, Clericis autem per participationem ratione servitii, aut tituli Beneficii.

10 Regulares, etiam Societatis Jesu tenentur solvere Decimas prædiales, etiam pro bonis primæ erectionis juxta loci consuetudinem, quamvis in præteritum non solvunt.

Exemptio Regularium à decimis, non suffragatur colonis.

11 Decima prædialis debetur ex prædicto mutato, quamvis ex fructibus quæ gignit, Decima non debeatur.

12 Jus exigendi Decimas transire non potest in Laicum, nisi auctoritas

- tas Papæ intercedat.
- 13 Decime exiguntur per Reges, & Principes Indulto Pontificis, non possunt per eos transferri in laicos, nisi expressè concedatur.
- 14 Episcopus ratione suæ Ecclesiæ Cathedralis habet jus ad quartam ex relictis piis, Decimarum, & mortuorum. Quarta funeralium debetur Parocho juxta consuetudinem regionis. Regulares tenentur solvere quartam funeralem, nisi specialiter privilegiati non sint, non suffragante privilegiorum communicatione.
- 15 Consuetudo dandi alicui Ecclesiæ oblationes intra annum, habet vim obligandi, & servanda est.
- 16 Notarii tenentur ex officio revelare Instrumenta, & legata facta favore locorum piorum, alias graviter peccant.
- 17 Legatum relictum Monasterio bonorum incapaci, pro Sacristia, Valitudinario, vel Ecclesiæ pro cætera, & oleo debet investiri pro adimplenda Testatoris voluntate. Et si gravetur, hæres illud tenetur subministrare.
- 18 Legatum relictum Virgini pro matrimonio carnali, debetur etiam si efficiatur Monialis. Legatum factum Virgini pro matrimo-
- niocarnali, non debetur si ingrediatur Religionem si est factum sub conditione, quod decedente sine filiis legatum redeat ad hæredem.
- 19 Legatum relictum pro constructione Ecclesiæ, debetur unà cum fructibus, si res legata de sui natura est fructifera, aut ex eo fructus percipi potuissent. Legatum relictum ad usum illicitum, non cedit lucro hæredis, sed ad aliud opus licitum applicari debet.
- 20 Legatum alimentorum præstandum in Domo tantum, si legatarius fiat Religiosus, debetur Monasterio.
- 21 Legatum factum personæ Ecclesiasticæ dicitur pium, & cadit sub privilegii Fabricæ S. Petri.
- 22 Hæres in foro fori non consciens Inventarium tenetur de proprio solvere legata pia; sed in foro conscientie non tenentur ultra vires hereditarias.
- 23 Legatum relictum à Viro Uxori sub conditione viduitatis, debetur si Uxor ingrediatur Religionem.
- 24 Legatum relictum dantibus operam studiis legalibus, debetur danti operam studio canonum. Legatum relictum Juveni pro studiis bonarum artium dicitur pium.

I Beni, e lerendite delle Chiefe, ed altri luoghi Pii, che sono Patrimonio di Gesù Christo, e devono impiegarsi nel mantenimento del culto Divino, e de' Ministri del Santuario, e per sollievo delle necessità de' poveri accioche per incuria, e negligenza de' Rettori, & Amministratori di esse, ò per ingordigia, & Avarizia degl' Uomini non perischino, ne siano usurpati, col presente Editto facciamo intendere, e riduciamo alla memoria di tutti tanto Laici, quanto Ecclesiastici di qualunque dignità, ò grado si siano, che se alcuno per se, ò per interposte persone, ò sotto qualsivoglia pretesto, ò quesito colore havrà ardire d'usurpare, ritenere, ò convertire in usi proprii le giurisdizioni, beni, Censi, Legati, Decime, Libri, scritture, ragioni feudali, & enfiteotiche, frutti, & emolumenti di qualsivoglia forte delle Chiefe Secolari, ò Regolari, Beneficii, Monti di Pietà, Ospedali, ò altri luoghi Pii, ovvero impedirà che li detti beni, frutti, & emolumenti per forza, ò per timore non pervenghino à quelli à i quali di ragione si devano: il Sagro Concilio di Trento alla Sessione 22. Capitolo XI. dichiara, che sia tanto tempo soggetto alla scomunica maggiore, sin tanto che dette giurisdizioni, frutti, beni, & emolumenti da lui occupati, e rite-

nu-

nuti, restituirà intieramente a gli Amministratori, Rettori, ò Beneficiari delle Chiese alle quali sono state usurpate, e che otterà anche l'assoluzione dal Sommo Pontefice: e se l'usurpatore haverà il Juspatronato in quella Chiesa della quale hà usurpati, & occupati i beni oltre le pene predette, resti ancora privato ipso facto del Juspatronato. E che i Chierici Autori, e consentienti di tale usurpazione, e fraude siano sottoposti alle medesime pene, & inoltre privati de' loro beneficii, e resi inabili ad ottenere degl'altri: e di più, che fatta che haveranno la restituzione, ed ottenuta l'Assoluzione siano ancora sospesi dall'efecuzione degl'ordini ad arbitrio dell'ordinario. Et in oltre, la Bolla in Cœna Domini al §. 17. sottopone alla scomunica maggiore non solamente coloro che usurpano le giurisdizioni, i frutti, e le rendite delle Chiese, Monasterii, e de' Beneficiari: mà anche quelli, che senza licenza del Sommo Pontefice, ò d'altro legitimo Superiore Ecclesiastico le sequestrano, ò pure impongono taglie, collette, & altri pesi, e le esigono da beni, e persone Ecclesiastiche ovvero le accettano da chi glie le dà spontaneamente.

Che però, à finche delle predette Canoniche disposizioni della Chiesa nessuno possa allegarne ignoranza, nè contro d'esse dagli Usurpatori opporsi prescrizione, ò buona fede, habbiamo ordinato che si publichi il presente Editto monitoriale, quale affisso che sarà a luoghi soliti, habbia forza, e vigore, come se ciascheduno fosse stato personalmente intimato. Dato &c.

N. Vescovo N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

1 PATRIMONIO DIGIESU CHRISTO. Bona Ecclesiarum dicuntur Sancta Sanctorum, & Patrimonium Christi, *c. nulli liceat, cap. quicumque & seqq. per tot. 12. q. 2. c. cum secundum de præb. cap. cum ex eo de elect. in 6. Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de refer.* Et hinc est, quod cum pauperes sint Christi hæredes, ut ipse dixit, *quod uni ex minimis meis fecisti mihi fecistis. Matt. 25.* Joann. de Paris. *tract. de potestat. Reg. & Papal. cap. 6.* & Petr. de Alliac. in lib. quem scripsit *de Eccles. auct. or. dixerunt*, quod bona Ecclesiastica, ut sunt Ecclesiastica collata fuerunt Ecclesiis non personis singularibus, quæ nullum habent dominium, sed ut membra Communitatis jus tantum utendi ad sustentationem secundum exigentiam, & decentiam personæ, & status, & quod talia bona quantum ad proprietatem sint Ecclesiæ, Prælatorum autem quantum ad dispensationem, & sic Viri Ecclesiastici, qui non habent nisi usum,

debeant esse eleemosynarii dictorum bonorum, in quibus hoc solum pro se, & pro suis percipiant quo alantur, & tegantur, juxta tradita per Gerfon. *in tract. de tempor. in cib. pot. & vest. Prælat.*

2 NE SIANO USURPATI. Quæ bona furripiunt Ecclesiarum non dicuntur usurpatores, & ideo non sunt ipso jure excommunicati, sed excommunicandi Glou. *in c. Conquæsti 22. verb. excommunicatus de sent. excommun. Bonacin. de cens. in Bull. Cæn. disp. 1. q. 18. punct. 1. n. 4. Nicol. Lucubr. Can. lib. 5. tit. 39. n. 116. vers. item fures, ubi Decretum Sac. Congreg. Concilii allegat Navar. in Manual. cap. 27. n. 70. Sebast. Medic. in summ. peccat. capital. tit. 9. q. 78. nu. 13. in fin. quibus non contradicit Sayr. de cens. lib. 3. cap. 21. n. 4. in fin. quia non auferunt auctoritate usurpatæ: neque censuram hanc incurrunt, qui debita Ecclesiis non solvunt, Nicol. loc. cit. nec minus Rectores, seu Beneficiari, qui incidere faciunt Arbores frugiferas in bonis Ecclesiarum; nam hi propriè loquendo dici non possunt.*

sunt usurpatores, sed potius, & verius alienantes: & sic quoties incisio sit notabilis eo censuram Extravagantia ambitiosa incurrere, & non Concilii, nec Bullæ Cæna tenet communior opinio de qua Navar. in consl. 6. & 7. de rebus Eccles. non alien. quem sequuntur Bonacin. de cens. in Bull. Cæn. disp. 1. quæst. 18. punct. 2. num. 30. & punct. 4. num. 5. Ricc. in prax. part. 1. resolut. 50. num. 2. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 13. quæst. 3. per tot. Ventrigliol. in praxi part. 1. annot. 1. §. 2. nu. 19. Gallemart. supra Concil. d. cap. 11. sess. 22. de reform.

3 CENSUS I. Inter Ecclesiæ Censuræ, (si loquamur de Cathedrali) connumeratur Cathedralicum, seu Synodaticum, quod solvitur in honorem Cathedralis juxta dispositionem Concilii Bracharen. relati in cap. placuit 10. q. 3. confirmati in Concilio Toletano 7. relato in cap. inter cætera 11. q. 3. ubi dicitur — non amplius quam duos solidos unusquisque Episcoporum præfate Provinciæ per singulas Diocesis sue Basilicas juxta Synodum Bracharensem annua illatione sibi expectat, & denuò in cap. pastoralis de donat. & in cap. conquereute de offic. Ord.

4 Debetur autem iste Censuræ proprio Diocesano ab Ecclesiis Diocesis, Rot. coram Burat. decis. 578. num. 10. non obstante Consuetudine contraria non solvendi, quia non potest præscribi, juxta opinionem Piasec. in prax. part. 2. art. 2. de Statut. ab Episc. facien. num. 13. Fagnan. in d. cap. conquereute num. 49. de Offic. ordin. Et licet videretur, quod per immemorabilem consuetudinem posset præscribi juxta declarationem olim emanatam à Congreg. Concilii 3. Decembris 1644. in una Albinganen. quam refert (non tamen integram) Pignatell. consult. 285. & duob. seqq. tom. 1. in qua ad dubia tunc temporis proposita, nempe .

- I. An modernus Episcopus, qui nunquam adhuc exigit cathedralicum possit pro præterito tempore, & in futurum exigere?
- II. In qua quantitate, & qualitate

moneta possit illud exigere?

III. An à toto Clero, an vero à Beneficiatis tantum sit facienda exactio?

Responsum fuit.

Ad I. Si cathedralicum Episcopis antecessoribus aliquando fuit solutum, posse modernum Episcopum exigere?

Ad II. Exigi posse tantum duos solidos juxta juris communis dispositionem, & in moneta antiqua, juxta illius estimationem, non concurrente contraria consuetudine?

Ad III. Exactionem non esse faciendam à toto Clero, sed tantum Ab Ecclesiis, Capellis, & Beneficiis, si ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis.

5. Nihilominus cum Episcopus Lavellensis in Synodo, Cathedralicum in præteritum non solutum, ab Ecclesiis sibi subjectis, necnon à Clero in futurum solvi debere statuisset, & Capitulum, & Clerus reclamando, hanc resolutionem opponerent, & nunquam ab immemorabili solvisse assererent, eadem Congregatio ad quam causa erat devoluta sub die 18. Aprilis 1693. rescripsit — Examine-tur formiter Albinganen. 3. Decemb. 1644. ad 3. dubium.

6. Propterea que reposita deinde causa in plena Congregatione sub Dubio. An cathedralicum Episcopo debeatur, non obstante asserta immemorabili in contrarium. Die 6. Junii ejusdem anni Congregatio respondit — Deberi ad formam juris ab Ecclesiis, & Beneficiatis tantum: fuit enim animadversum, quod etsi immemorabilis fuisset probata, adhuc non poterat suffragari universis, sed alicui tantum Ecclesiæ in particulari, vel quoad quotam tantum Ricc. decis. 22. num. 3. & 4. part. 3. ubi in fine Decretum Sac. Congregat. Episcoporum allegat.

7. Hoc

7. Hoc autem jus Cathedralæ respicit legem Diœcesanam à qua libera non sunt loca exempta, juxta sensum *decis. 1274. Coccino num. 1. & 6. Card. de Luca de jurisd. disc. 38. num. 6.* ubi pro certo hoc habet, si habeant Parochiales unitas, licet Barbof. *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 20. per text. in cap. inter cetera 10. quest. 3.* teneat quod ab Ecclesiis Monasteriorum exigi non valeat: sicuti exigi non potest à Presbyteris non Beneficiatis, etiamsi in præteritum solvissent, ut respondit Sac. Congregat. Episcoporum contra Archiepiscopum Complani 15. *Januarii 1694.* qui vigore soliti exigere prætendebat à simplicibus Sacerdotibus annuatim jure Cathedralici julios quatuor: Neque ab illis qui ordinantur ad titulum Massæ communis; quæ datur tanquam Patrimonium, non tanquam Beneficium pro congrua sustentatione ordinandi: solvi tamen debet à Seminario pro Beneficiis unitis, ut declaravit Congreg. Concilii 21. *Maii 1644. in Cathacen. lib. 17. Decr. pag. 409.*

8. Quantitas verò taxatur juxta morem regionis rationabilem, Barbof. *ubi supra num. 11. Congreg. Concilii in Satrianen. 13. Febr. 1694. Tondut. quest. benef. tom. 1. pag. 2. cap. 2. §. 1. n. 6.* Et si mos non adsit à viciniore Cathedrala, vel Provincia erit defumenda, & juxta valorem, & æstimationem solidi antiqui, ut Congregatio declaravit in supra relata Albinganen.

9. DECIME Decimæ debentur jure Divino *num. 18. & 21. Exed. 22. Deut. 12.* Quota verò de jure Ecclesiastico *cap. Parochiam de Decim. cap. revertimini cap. Decimæ 16. quest. 1. Concil. Trid. cap. 12. sess. 25. de reform. Pirhing. in jus Can. lib. 3. tit. 30. §. 1. num. 117.* Et solo Rectori Parochialis debentur. *Piasec. par. 2. cap. 4. art. 9. de Decim.* qui habet fundatam intentionem in jure: alii enim Clerici, qui sunt Parochorum Coadjutores, & inserviunt populo in Spiritualibus ex obligatione alicujus Officii Spiritualis: vel ratione tituli Beneficii, cui in prima fundatione fructus Decimales fuerunt assignati, possunt de illis participare Sac. Congregatio Concilii in *Farsen. 1. Septembris 1691.* in responsione ad Pirhing. *in jus Canon. lib. 3. tit. 30. num. 86.* nunquam tamen laici, ut infra.

10. Predia, quæ solutioni Decimarum sunt obnoxia si ad manus Regularium transeant, transire cum hoc onere nemo dubitat, adeò teneantur illasolvere Parochialium Ecclesiarum Rectores quemadmodum tenebantur Laici priusquam bona ipsa in Monasteriorum proprietatem transfuissent, ut pluries auditis partibus, & examinatis privilegiis etiam PP. Societatis Jesu, declaravit Congregat. Concilii, & in specie in *Ferosempronien. 2. Junii 1629. lib. 14. Decr. pagina 106. & in Polonia 17. Junii 1647. lib. 17. pag. 488.* Imò etiamsi bona essent data pro erectione Monasterii, Collegii, sive pro Dote Beneficii, quæ sunt immunita a quibuscumque collectis, & oneribus, quamvis Cameralibus, ut declaravit plena Camera in *Maceraten. 1. Julii 1697. & Congregat. Boni Regimini in Veluterna 27. Junii 1699.* ad hoc non eximuntur à solutione Decimarum, quia ista exemptio nunquam censetur concessa, nisi specificè per Papam concedatur cum derogatione *capit. super de Decim. Fagnan. ibidem num. 28. & seq.* & si concedatur non suffragaretur eorum Colonis *Piasec. prax. part. 2. cap. 4. art. 9. num. 20.* Hocque amplius, ut Regulares, & Collegia Societatis Jesu teneanturolvere Decimas prædiales juxta loci consuetudinem etiamsi in præteritum non solverint, ut respondit Sac. Congregat. Concilii in *Senogallien. 30. Augusti 1704. & in Firmana Decimarum 15. Junii 1697.*

11. Si Prædium ex quo decima solvitur mutetur, puta ex prato fiat agrum, & è converso, vel ex Prædio Urbano fiat rusticum, adhuc viget obligatio ad Decimam prædialem solvendam *capit. commissum de Decim. Pirhing. in jus Canon. lib. 3. tit. 30. num. 112. & 113.* & idem est si loco frumenti seminentur fructus, ex quibus alias Decima non debetur *Sacr. Congregation. Concilii in civitatis Ducalis 20. Maii 1549. lib. 18. Decembr. pagin. 604.* cum aliis apud Pi-

Pignatell. *consult.* 258. num. 1. & *seqq.*
tom. 1.

12. Jus autem percipiendi, & exigendi Decimas transire non potest in laicum, cum illius sit prorsus incapax *cap. 1. 16. quæst. 7. cap. causam quæ de præscr. cap. prohibemus cap. ad hæc cap. quavis de decim. Monet. de decim. cap. 5. quæst. 3. num. 57. Pac. Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 13. num. 38. Fagnan. in cap. Cum Apostolica per tot. de his quæ sunt à Prælat. sin. conf. Capit. & alibi communiter: non obitante temporis cursu, & observantia Decimas exigendi, propter expressam juris resistantiam in cap. dudum de Decim. Unde si quis illud exerceret, non nisi ex titulo nefariæ usurpationis acquisivisse censendum erit: cum enim Decimæ titulum spirituales inseparabilem annexum habeant, commoditas fructus Decimales percipiendi (jus namque decimandi quantum Spirituale est, nec Papa licite concedere laicis potest) exerceri à laicis non potest, etiam si à Principe concessio, & translatio (quæ nec titulum coloratum tribuere valet) facta esset, nisi legitima potestate concurrente, quæ est poenes solum Pontificem, non autem apud Reges, vel Principes, ut communiter tradunt Monet. ubi supra num. 74. & 118. Pac. Jordan. num. 50. latè Pirhing. in *jus Canonic. lib. 3. tit. 30. num. 137. ad 152. Passerin. in 3. lib. sext. de ret. post tit. de sepultur. quæst. unic. de jur. Decim. art. 11. num. 218. & 219. & seqq. Ventrigl. prax. par. 2. annot. 27. §. 2. num. 26. & 27. Rot. post Tambur. de jur. Abbat. decis. 92. & coram Coccino decis. 136. num. 12. & 13. & decis. 2168. à num. 12. & coram Cerr. decis. 643. num. 4. & 5.**

13. Quod adeò verum est, ut si Decimæ à titulis Clericalibus abstractis, & separatis Regi, vel Principi per Papam in feudum concedantur, non possunt per eos in alium laicum alienari, seu transferri, nisi id expressè in Indulto concedatur, prout loquendo de Decimis seu tertiis Regibus Castellæ per Summos Pontifices elargitis, solidis fundamentis firmat Amostaz. de causis Pii part. 2. lib. 7. cap. 8. à num. 47. ad 60. Et de alia concessione, ac translatione per
Monacelli *Form. Pars II.*

Principem inferiorem facta favore laici Subditi, re maturè examinata (approbando Votum D. Cardin. mei Petrucci) declaravit *Congreg. Concilii in Gebennen. 4. Maii 1697. confirmata parte audita 20. Septembr. 1698.*

14. FRUTTI, ET EMOLUMENTI.
Præter jus Cathedralitici, & decimarum, habet Ecclesia Cathedralis jus ad quartam, quæ debetur Episcopo ex relictis piis vigore *cap. requisita, & cap. ultimo de testament. & vocantur quarta Canonica, quæ solvitur juxtà consuetudinem locorum Sacr. Congreg. Concilii in Urgell. 14. Februarii 1693. non tamen debetur, neque detrahitur ex legato relicto pro maritandis Puellis, ut respondit Sacr. Congregat. Episcop. in Nucarina Pagano-rum 14. Septembr. 1592. Item debetur eidem Quarta Decimarum tanquam Parocho Parochorum, & Superiori Ordinario, & Pastori suæ Diocesis, vigore *cap. conquereute 16. de off. jud. ordin. cap. de quarta ad præscript. cap. cum olim de cens. cap. quoniam 13. de Decim. ibique Fagnan. nisi adfit contraria consuetudo: Item jus habet ad Quartam mortuorum, de qua loquitur gloss. in dict. cap. conquereute: quæ hodie ex generali consuetudine solvitur Parochis, & non Episcopo juxtà *Clement. dudum de sepult. in 6. & juxtà Concilii Tridentin. dispositionem cap. 13. sess. 25. de reformat. in quantitate per consuetudinem regionis, & locorum solita, & præscripta Congreg. Concilii in Ebredunen. 25. Julii 1695. in respons. ad 12. & in Mantuana 18. Junii 1699. etiam à Regularibus qui non sunt specialiter privilegiati: sed tantum per communicationem privilegiorum hanc quartam retinere prætenderent: quia talium privilegiorum communicatio non suffragatur in tertii præjudicium, ut in specie solutionis hujus quartæ tradit *Donat. prax. rerum regular. tom. 1. part. 1. tractat. 7. de communicat. privilegi. quæst. 14. num. 10. Rot. coram Carpinco in Casalen. Quartæ funeralis 1. Julii 1665. & 18. Junii 1666. Sacr. Congregatio Concilii in dict. Ebredunen. in respons. ad 12. Non tamen ab hæredibus defuncti, qui pro hac*
L quar-***

quarta non gravantur, sed causa inter Parochum, & Ecclesiam tumultuantem terminatur, ut respondit *Congreg. Episc. & Regular. in civitatis Castellii 14. Aprilis 1615. Nicol. lucubr. civil. lib. 4. tit. 15. de interd. num. 26. limit. 10.* ubi Decretum Congr. Concilii refert.

15. Item inter emolumenta connumerari possunt oblationes quæ spontè fieri solent à Populo Ecclesiis Cathedralibus, vel Parochialibus in quibusdam anni solemnitatibus, quæ si negligenter, & non præstarentur juxtà solitum cogi posset saltem officio Judicis ad perseverandum, ut placet Navar. *in manual. cap. 13. num. 19. Surd. de alim. tit. 1. q. 60. num. 6. & seqq. Ricc. prax. for. Eccles. resolut. 296. num. 9. part. 4. Barbof. in cap. ad Apostolicam per tot. de simon. & de jur. Eccles. lib. 3. cap. 23. numer. 11. & 12. Tondut. quæst. benef. tom. 1. part. 1. cap. 39. num. 17.* Nam licet nemo ad offerendum compelli debeat: nihilominus, quia hujusmodi oblationes immediatè sunt Deo, quamvis secundariò cedant in ministrorum usum, & utilitatem, ut sunt candelæ, panes oblatis Altari, pecunia, ornamenta, & alia hujusmodi ut notant Card. Bon. *in oper. rer. liturg. l. 2. cap. 8. §. 5. in fin. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. dispens. 15. q. 18. n. 2. vers. notandum quarto*; consuetudo illas præstandi per decennium servata, habet vim legis obligandi, & continuanda est, ut probant supra allegatæ auctoritates.

16. Notarii, qui rogati sunt de Contractibus, legatis, aut donationibus, si ve conventionibus favore Ecclesiarum, quarum vigore præstantiones, & emolumenta annua eisdem debentur, & post publicationem edicti non manifestant, dicuntur consentire, & participes esse usurpationis: quia tenentur ex officio etiam nullo requirente ea revelare, alias peccat mortaliter Vidal. *de legat. inquisit. 1. num. 64. P. Felix. Potest. in examin. Ecclesiast. tom. 1. num. 2547. Navar. manual. confessor. cap. 25. num. 53. vers. tertio peccat. Lazar. quæst. can. sect. 3. quæstion. 1. num. 5. cum alii allegatis tom. 1. tit. 6. annotat. ad form. 15. num. 8.* Et ideò attenta gravitate culpæ,

tam in Synodo Ægina acta anno 1683. quam in alia Albanensi edita anno 1689. in utraque sub titulo *de Sacram. Pœnitent.* inter casus reservatos reponitur — *Legatarum piorum à Notariis ultra mensem dilata revelatio.*

17. *AI QUALI DI RAGIONE SI DEVONO.* Legatum relictum Sacristie, Valetudinario, vel Ecclesiæ pro cera, & oleo, Monasterii bonorum incapaci non dicitur irritum, sed debet per Syndicum investiri pro adimplenda Testatoris voluntate, ut decrevit *Congreg. deputata apud Fagnan. in cap. nimis pro num. 52. de excess. prælat. & Sac. Congreg. Episcoporum in Forosempronien. 21. Augusti 1693.* imò si gravetur hæres illud ministrare teneretur *Sac. Congregat. Concilii in Faventina 2. Martii 1697.*

18. Si verò fiat Virgini ad effectum nubendi, debetur etiam si efficiatur Monialis, quia matrimonium Spirituale cum carnali pari passu ambulat *Sac. Congreg. Episcoporum in Pisauren. 26. Augusti 1616. Vivian. de jure patr. lib. 6. cap. 1. num. 83. & 84.* Verùm si sit factum cum conditione ut solvatur in manibus mariti pro Dote, nec aliis nec pro alia causa, vel quod decedente sine filiis legatum videat ad hæredes legantis; tunc non poterit dari pro Virgine monacanda, ut respondit *Sac. Congregat. Concilii in una Barin. 15. Septembris 1668.*

19. Et si fiat legatum pro constructione Ecclesiæ, tunc si res legata de sui natura fructifera est, aut ex ea fructus percipi potuissent, debet solvi, & adimpleri una cum fructibus, ut habetur decium in *Compendio privilegiorum Fabricæ Sancti Petri de Urbe §. 6. pag. 36.* At si fieret ad opus illicitum, non cederet lucro hæredis, sed ad aliud opus licitum applicari deberet *Ricc. prax. part. 4. resolut. 279. num. 3.*

20. Legatum item alimentorum præstandum juxtà præceptum Testatoris in Domo tantum, si Legatarius fiat Religiosus, debetur legatum Monasterio, Vivian. *de jure patr. dict. lib. 6. cap. 1. num. 86.*

21. Item legatum factum personæ Ecclesiasticæ dicitur pium, & cadit sub pri-

privilegiis Fabricæ S. Petri de Urbe juxta declarationem Congreg. hujus Tribunalis anni 1598. impressam in *Compendio privileg. pag. 31. §. 2.*

22. Et hic est notandum, quod licet hæres non conficiens Inventarium teneatur de proprio ad solutionem legatorum piolum, prout declaravit ead. Cong. Fabricæ S. Petri anno 1598. & patet ex pluries citato *Compend. privileg. pag. 38. §. 10.* at tamen quidquid sit foro fori, hæres in foro conscientiarum non tenetur ultra vires hæreditarias quamvis inventarium non confecerit, ut de communi opinione testatur Rot. coram Coccin. dec. 1462. n. 27. ubi firmat, quod cum Ecclesia, & pia loca debeant vivere secundum conscientiam, non debeant exigere legatum ultra vires hæreditarias.

23. Si verò legatum fieret à Marito Uxori sub conditione si Vidua remaneat, vel quandiu statum vidualium servaverit: eidem debetur legatum si Religionem ingreditur, Vidal. de legat. inquisit. 2. num. 35. quem refert, & sequitur P. Felix. Potest. in exam. Ecclesiast. tom. 1. n. 2564.

24. Item si fieret Juvenibus vacantibus, & danibus operam studiis legalibus, deberetur legatum ita conceptum etiam Clerico danti operam sacris Canonibus: quia studium Sacrorum Canonum dicitur studium legale cum sit medulla legum, & praxis juris civilis, Menoch de arbitr. jud. cas. 425. num. 28. & seqq. & ita declaravit S. Congr. Concilii in Romana seu Nicoteren. legati 14. Februar. & 30. Maii 1699. in qua fuit admissus Sacerdos 27. annorum, licet ei opponeretur, quod in d. ætate, non esset amplius aptus studiis, allegabatur favore admissi Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 12. num. 54. Quod legatum debetur etiam diviti, quia relictum pro erudendis Juvenibus bonis artibus, & studiis, dicitur pium, Abb. conf. 63. num. 4. & 5. lib. 1. Rot. in Romana pecuniaria 2. Decembr. 1678. §. inter cætera coram V. Comite, & est favorabilior Dote Rot. dec. 349. num. 1. part. 14. rec. Mart. de success. legat. part. 4. quæst. 18. art. 4. n. 43. & plurib. seqq.

Decreti concessionis Emphyteusis vigore Brevis.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum Ecclesiæ debet fieri causa cognita, & confitto de utilitate per veras probationes.
- 2 Concessio in Emphyteusim bonorum Ecclesiæ, debet fieri cum insertione Plantæ.
- 3 Alienatio bonorum Ecclesiæ quando dicatur utilis ostenditur.
- 4 Investitura facta ad tertiam generationem includit personam primi investiti: non tamen si in dispositiva dicatur ad ejus, vel ipsius tertiam generationem.
Beneplaciti tenor, & non partium preces attenditur.
- 5 Investitura ad tertiam generationem dicitur finita, si ultimus de linea fiat Religiosus.
Investitura ad tertiam generationem dicitur ex pacto, & providentia.
Monasterium in quo comprehensus in investitura est Religiosus, non potest retinere bona Emphyteutica pro commoditate fructuum.
- 6 Emphyteusis concessa ad tertiam generationem non extantibus masculis, transit ad feminas etiamsi à Statuto excludantur.
Fili illegitimi non succedunt in Emphyteusi Ecclesiæ, etiamsi rescripto Principis sint legitimi.
- 7 Prohibitio alienandi in Emphyteusi Ecclesiæ, omnem alienationem comprehendit (vocabulo latissime sumpto.)
Inciso Arborum, & impositio servitutis, sunt species alienationis.
Emphyteuta deteriorans notabiliter rem Emphyteuticam in proprietate cadit in commissum.
- 8 Caducitas incurta, & non declarata in vita alienantis, aut deteriorantis, quando possit declarari contra successorem.

- forem offenditur.
- 9 Emphyteuta finita linea potest repetere melioramenta, dummodo non adsit pactum in contrarium.
- 10 Jus congrui, seu prothomiseos repugnat equitati naturali.
Statuta concedentia jus congrui non suffragantur, nisi sint confirmata in forma specifica, & non comprehendunt Ecclesiasticos.
- 11 Ecclesia Domina directa, finita linea, si non vult pro se retinere, tenetur de equitate præferre proximiores agnatos lineæ finitæ.
- 12 Jus congrui, quod competit vigore Statuti, ligat Clericos Conjugatos.
Non competit quando res fuit vendita consorci.

- Neque quando Vicinus extrajudicialiter interpellatus respondit nolle emere.
- 13 Scientia alienationis non sufficit ad amittendum jus prelationis, quando juxta dispositionem Statuti, non fuerunt denunciatae conditiones contractus.
- 14 Jus prelationis in venditione fundi censui competit Domino Censui quando vult pro se retinere.
Non tamen habet hanc prelationem contra illos, qui habent jus prelationis à Statuto, vel alia Constitutione.
- 15 Amortizatio tunc dicitur fieri, quoties res emphyteutica transiit in manus mortuas.
Quid sint quinquennia, & quid indultu demonstratur.

V Iſis actis, & Proceſſu deſuper conſtructo, ex quibus conſtat alienationem, & ceſſionem in Emphyteuſim bonorum Eccleſiæ N. loci N. in quantitate in precibus, & in Planta producta designatorum, & expreſſorum cedere in eandem utilitatem ejuſdem, facultate nobis à Sede Apoſtolica (ſeu Sac. Congregatione N.) delegata, licentiam concedimus N. nomine dictæ Eccleſiæ Inſtrumentum publicum Inveſtituræ cum inſer-tione Plantæ exponendi, & ſtipulandi favore N. ejuſque filiorum, & deſcendentiuſque ad tertiam generationem, cum obligatione ſolvendi cano-nem annuatim in ſumma & pacto non alienandi, non incidendi arbo-res frugiferas, neque deteriorandi ſub pœna caducitatis, & quod finita ter-tia generatione, omnia bona ſub hujusmodi Emphyteuſi comprehenſa cum juribus, & pertinentiis ſuis: nec non quibuſvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, (que hypothecari non poſſint) ad dictam Ec-cleſiam pleno jure revertantur, abſque eo quod Emphyteuta, ejuſque filii hæredes, & ſucceſſores conſanguinei, vel affines, aut alii quicumque illa re-tinere, ſeu ſeparare, aut alienare valeant: neque renovationem Emphy-teuſis jure Prelationis, prothomiſeos, aut amortizatiſonis, vel alio titulo prætereſſere poſſint, & cum aliis pactis in Emphyteuſi Eccleſiaſtica à jure vo-lutis, & de conſuetudine apponi ſolitis, & non alias &c. & ita omni &c.

N. Judex Commiſſarius.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. EX QUIBUS CONSTAT.
Per hanc expreſſionem datur intelligi quod ut alienatio rerum Eccleſiæ reſpi-ciat illius utilitatem, debet fieri ſer. ſer. quamvis in Beneplacito hoc non expri-

matur, Rot. deciſ. 224. mon. II. & 11. part. 10. rec. & quod debet de ea conſta-re per veras probationes cognitione judiciaria: & quod non ſterur partium, ſeu Exequutoris aſſertioni, aliàs alle-natio non obſtante Beneplacito (niſi detur facultas in eo extrajudicialiter proce-

procedendo) nulla esset, Rota *decis.* 36. *per tot. post Genc. de cens. decis.* 94. *num.* 45. & 50. *par.* 7. & *coram Cavaler. decis.* 215. *num.* 4. ubi quod testes debent examinari ad instantiam Ecclesiæ alienantis, & deponere de utilitate, quæ præcisè ad est de tempore alienationis, Rota *coram eod. Cavaler. decis.* 288. *num.* 5. *decis.* 387. *num.* 6. *par.* 16. & *decis.* 46. *num.* 11. *part.* 17. *recent.*

2. **ET IN PLANTA PRODUCTA DESIGNATORUM.** Ad evitandas usurpationes bonorum Ecclesiæ, & rei confinium ac identitatis confusiones, quæ frequenter lapsu temporis solent evenire, cauthela est, quod conficiatur Planta, & inseratur in Instrumento concessionis, cum vocabuli, mensuræ, & confinium individuali expressione, prout non semel injunctum fuisse vidi in licentiis alienationum concessis per Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium.

3. **CEDERE IN EVIDENTEM UTILITATEM.** Evidens utilitas dici potest, quod intercedat, cum creatur census ad quatuor pro centenario, ut extinguatur alius qui erat ad sex, vel octo. Secundò, cum venditur ager, ad finem emendi alium uberius fructus, & viciniorem, pro quo minores expensæ fiunt. Tertio, quando alienatur res pro cuius manutentione magnæ sunt expensæ, quæ fructus superant, vel absorbent. Quarto si res parum fecunda, vel Domus ruinosa, quæ parvis expensis reparari, & coli non possit, concedatur in emphyteusim cum pacto, quod finita generatione melioramenta cedant Ecclesiæ, & alia quæ ad utilitatis verificationem conducunt adducit Ros. *de exequut. litter. Apostolic. par.* 1. *cap.* 4. à *num.* 313. usque ad 328.

4. **USQUE AD TERTIAM GENERATIONEM.** Investitura facta ad tertiam generationem regulariter includit personam primi Investiti juxta veriorum Sententiam quam tenet, & cum Rot. sequitur Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. quest.* 2. à *num.* 1. cum *segg.* Secus autem si concessio in parte dispositiva esset concepta cum dictione -- *Ad ejus, vel ad ipsius tertiam genera-*
Monacelli Form. Pars II.

tionem: nam tunc persona primi investiti non includeretur. Fulgin. *ibid. num.* 5. Rot. *coram Gregor. decis.* 522. *num.* 1. ubi *Add.* dicit hanc esse opinionem verissimam, & quod ab ea in judicando non sit recedendum. Unde exequutor gratiæ seu Beneplaciti, si *inevidentem*, Decretum primo vel secundo modo concipere debet, prout menti concedentis licentiam, & Beneplacitum alienandi congruentius convenire reperiet; nam Beneplaciti tenor, & non partium preces, neque Instrumentum in executionem illius celebratum ad hunc effectum attendendum venit Rot. *coram Seraphin. dec.* 868. *num.* 1. & *decis.* 34. *num.* 48. *part.* 12. *recent.*

5. Et hic est notandum, quod si ultimus de linea tertie generationis, esset Religiosus professus in aliqua approbata Religione, tunc linea diceretur finita, & bona reverterentur ad Ecclesiam, etiam si Religio in qua professionem emisit, esset capax retentione bonorum: quia cum agatur de emphyteusi ad tertiam generationem, quæ dicitur ex pacto, & providentia Rot. *dec.* 407. *num.* 4. *part.* 4. *rec.* Monasterium bona retinere non valet, neque pro sola commoditate fructuum ad vitam Religiosi, ut de veriori firmavit Rot. *coram Cerro decis.* 271. *num.* 12. quam sequitur Panimoll. *decis.* 127. *num.* 7. 8. & 9. nam mors civilis ad effectum devolutionis (in hac specie emphyteusis) æquiparatur naturali.

6. Item sciendum, quod non extantibus masculis tertie generationis, compræhenduntur, & succedunt feminae, tum quia in Emphyteusi non agitur de conservanda agnatione; tum etiam quia sub nomine descenduntium complectuntur etiam feminae §. 1. *Auth. de hæred. ab intest. venient. Peregrin. de fideicom. art.* 22. *num.* 37. & *art.* 25. *num.* 8. & hoc procedit, & habet locum etiam si feminae essent exclusæ à statuto, ut latè probat, & nervosè substatinet Rocc. *disput.* 64. *per totum tom.* 1. quod fortius procedere si emphyteusis esset transitoria ad hæredes, sub cuius nomine compræhenduntur feminae prout

masculi Rot. *coram Burat. decis. 596. nu. 5.* cum aliis cumulatis à Barbof. *appellat. 113. num. 31.* Non tamen transfret ad filios illegitimos, qui licet non sint incapaces jure acquirendi, sunt tamen incapaces, & exclusi jure succedenti in emphyteusi Ecclesiastica, etiamsi rescripto Principis essent legitimi: quia requiritur expressa legitimatio habentis potestatem ad dicta bona ut probant in terminis Gratian. *disceptat. 218. num. 40. & plurib. seqq. Sperell. dec. 73. per tot.*

7. ET PACTO NON ALIENANDI. Prohibitio alienationis in emphyteusi Ecclesiastica omnem alienationem (vocabulo latissimè etiam sumpto) comprehendit, sive per contractum, sive per ultimam voluntatem Rot. *d. decis. 271. num. 16. coram Cerro Panimoll. decis. 127. num. 12.* & comprehendit incisionem Arborum frugiferarum, quæ cum sit species alienationis Emphyteuta eas incidendo cadit à jure suo, Capon. *disceptat. for. 271. num. 20. Panimoll. dec. 78. num. 13. & 14.* imò constitutionem servitutis, sive realis, sive personalis, Barbof. *appellat. 14. num. 10. Ventrigl. in prax. Annot. 1. §. 2. num. 17. Passerin. de stat. homin. tom. 1. quest. 185. art. 7. num. 303.* si verò Emphyteuta non alienaret; sed in re emphyteutica male versaretur deteriorando illam notabiliter, dolo, vel culpa caderet in commissum, ut probat Joseph. Ludovic. *decis. Perus. 94. per tot.* nam cum agat contra naturam contractus potest expelli per tex. *in Auth. qui rem Cod. de Sac. Eccles. Fulgin. de Emphyt. tit. de var. caduc. quest. 2. per tot. ubi num. 35.* dicit quod vera sit conclusio, dummodò tria compulativè concurrant. Primò, quod deterioratio sit magna arbitrio Judicis. Secundò quod deterioratio sit in proprietate respectu rei, & non fructuum. Tertiò quod deterioratio processerit, ex dolo, lata culpa, vel levi, & concordat Leo *Tbes. for. Eccles. par. 4. cap. 1. numer. 32. & 33.*

8. Quid autem si caducitas ob alienationem, vel magnam deteriorationem incurta, declarata non fuerit in vita alienantis, vel deteriorantis? an inquam possit declarari contra successorem Ton-

du. quest. benef. tom. 2. part. 3. cap. 198. num. 2. Paris. de resign. lib. 6. quest. 3. numer. 26. dicunt quod caducitas per auctoritatem incurta, & eo vivente non declarata, possit contra illius successores, & bonorum possessores declarari, & tennit etiam Rot. *coram Buratt. decis. 617. num. 7. ibique Add. num. 9.* qui huic conclusioni dat tres limitationes. Prima ut non procedat in devolutione ipso jure incurta, ut quando adest pactum quod Emphyteuta cadat ipso jure, & factò si non solvit: quia tunc caducitas potest quodcumque declarari etiam contra successorem. Secunda, ut non procedat, quando Dominus ignoravit caducitatem per predecessorem Emphyteutam fuisse incurtam, quia etiam tunc contra successorem agi possit. Tertia, ut non procedat conclusio in ea devolutione, quæ incurritur vigore pacti; Primam, & secundam limitationem reasumit, & sequitur Fulgin. *de Emphyt. tit. de var. caduc. quest. 8. per totum, & approbat Rot. coram Gregor. dec. 528. num. 17. & 18. ubi Add. n. 24.* addit aliam, nempe ut non procedat conclusio in devolutione ipso jure incurta, quæ vult ut possit declarari etiam contra successorem: quod tamen non sequitur, nisi in casu quod alienatio esset propterea inexcusabilis juxta sententiam Clari, & Corbul. quos refert Fulgin. *dist. quest. 1. num. 13.*

9. ET QUÆ HIPOTHECARI NON POSSINT. Quia Emphyteuta generatione finita, de jure communi non perdit melioramenta; sed potest illa repetere Fulgin. *de Emphyt. tit. de meliorament. quest. 2. num. 1. & seqq. Rocc. disp. scilicet. cap. 65. num. 33. & 34. tom. 1.* imò hypothecare, super illis censum imponere Gratian. *disceptat. 43. num. 11. Rocc. dist. cap. 65. num. 36. Rot. coram Merlin. decis. 546. numer. 21. & coram Zarat. decis. 59. num. 7. 9. & 13.* idè in decreto concessionis apponitur conditio, quod una cum bonis ad Ecclesiam finita linea devolvantur, & non hypothecentur, in hoc enim pacto propriè verificatur evidens utilitas Ecclesiæ, & idè servandum Fulgin. *dist. quest. 2. num. 21. Rocc. dist. cap. 65. numer. 37.* Pactum tamen reversionis, & ac-

& acquisitionis melioramentum favore Ecclesiæ ex partium conventionem, & Sedis Apostolicæ approbatione modificari, & restringi poterit; dummodò evidens utilitas aliunde habeatur, cum qua formula decreti erit regulanda, & varianda.

10. **JURE PRÆLATIONIS.** Quia plerisque in locis Statuta laicorum dant Vicinis prælationem in venditione, & alienatione bonorum Vicini, quod vocant jus congrui, seu prothomiscos: quod licet sit nimis asperitatis, & æquitati naturali repugnet, ut dixit Rot. coram Coccin. dec. 2229. à num. 16. ad 20. inclusivè: & quod hujusmodi Statuta tanquam exorbitantia, & odiosa non suffragentur, nisi reperiantur à Principe confirmata in forma specifica ut in individuo firmavit Rot. coram Merlin. decis. 740. & coram Buratt. dec. 6. num. 1. & 8. & sequitur Card. de Luca de servit. disc. 71. num. 10. & seqq. & quod non comprehendat Clericos, & Ecclesiasticos, sive emptores sint, sive venditores Bellett. disc. cleric. par. 1. de exempt. cleric. à Stat. secular. §. 4. num. 41. & 42. Sperell. dec. 11. numer. 11. Card. de Luca d. disc. 71. num. 4. & 5. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 1. rubr. 55. num. 4. & tribus seqq. adhuc non desunt qui tenent contrarium, nempe quod jus congrui seu rectoris vigore Statuti possit exerceri saltem passivè contra personas Ecclesiasticas, ut videre est apud Marant. (corippeum hujus sententiæ) resp. 8. post prax. aur. quem rejiciunt Sperell. & de Luc. idè ad cauthelam exprimitur in decreto, quod hoc jure, quatenus bona in alios transeant, vel concessio renovetur, non possint uti.

11. Verum est tamen, quod si finita linea tertix generationis nolle Ecclesia pro se retinere, (prout potest, nec cogitur renovare, nisi bona sint ad instar allodialium, & renovari solita Fulgin. de emphyt. tit. de renov. quæst. 1. num. 28. & 29. Caren. resol. 4. num. 1. & seqq.) sed vellet novam investituram facere, teneretur ex æquitate habita ratione melioramentorum per prædecessores factorum præferre proximiores Agnatos lineæ finitæ Fulgin. ibi numer. 69. Car-

din. de Luc. de emphyt. disc. 12. num. 12. Rocc. disp. select. 63. num. 2. tom. 1.

12. Cæterum jus congrui, quod competit vigore Statuti ligat Clericos Conjugatos, ut declaravit Sac. Congregat. Immunit. in Beneventana 15. Maii 1637. lib. 3. Dec. Paul. pag. 30. à tergo, & inter laicos non competit, quando res alienata vendita fuit consorti, ut probat Illustriss. Zaul. ad Stat. Favent. lib. 6. rubr. 10. num. 48. neque quando Vicinus etiam extrajudicialiter requisitus, & interpellatus respondit nolle emere: nam si postea pœniteret, remaneret exclusus à retractu, non obstante quacumque forma à Statuto tradita: & non servata, Magon. decis. Florent. 40. & decis. 118. per tot. Gratian. disceptat. 433. num. 71. & seqq. quos sequitur Sabell. in summ. divers. tract. tom. 5. var. resol. cap. 68. num. 56. & ratio ea est: quia interpellatio ad formam Statuti faciendâ respicit solemnitatem, & non substantiam actus, qui ad hunc effectum, etiam per scientiam extrajudicialem impletur, ut advertit Gratian. dict. discept. 433. num. 72. & 93.

13. Quod secus dicendum esset, quando statutum non solum interpellationem fieri mandaret, sed vellet ulterius, quod Vicino denunciarentur pacta, & conditiones quibus vendenda sit res: nam tunc sola scientia alienationis ad amittendum jus prælationis non sufficeret, nisi forma Statuti esset servata, ut de interpellatione faciendâ Censuario vigore Bullæ Pianæ in puncto firmat Rota coram Cels. decis. 163. & seqq. ubi num. 10. quod nec sufficeret si esset facta Procuratori.

14. At hic advertendum venit, quod licet Domino Censui, vigore dictæ Bullæ Pii V. Bullar. nov. tom. 2. la. 79. sub §. 6. competat jus prælationis in venditione fundi censiti, etiam si venditio sequatur factò Judicis per subhastationem juxta decis. Gregor. la. 193. confirmata coram Dunozzet. Sen. decis. 337. numer. 12. hoc tamen procedit quando vult pro se retinere, non autem si vellet illud cedere Amico, vel extraneo, Cenc. de cens. in addit. ad part. 2. cap. 2. quæst. 1. artic. 3. num. 4. & 5. pag. mibi 37. quem se-

quitur Ciarlin. *contr. cap. 121. num. 40. & 41.* Item quod Censuarius retrahens fundum, non potest in pretio computare sortem Censûs, sed tenetur integrum pretium deponere, Cenc. *de cens. par. 2. cap. 2. quest. 1. art. 4. num. 15. & seqq.* Rota *post eundem decis. 159. num. 4.* Sabell. *in Summ. dir. tract. tom. 5. resol. 36. num. 5.* Item, quod Dominus Censûs, non præferitur in emptione fundi censiti Inquilino, Vicino, Conforti, nec aliis jus prælationis habentibus à Statuto, vel alia Constitutione, Gratian. *discept. 876. num. 2. & 3.* Add. ad Buratt. *dec. 937. num. 23.* Rota *cor. Merlin. dec. 386. num. 15. cum seqq.*

15. AUT AMORTIZZATIONIS

Tunc dicitur fieri amortizzatio quoties bona Emphyteutica consentiente Domino directo, remanent penes manus mortuas, solutis quindennis, aut data indemnitate compensatione, secundum regionis morem ad tradita per Tondat. *quest. benefic. tom. 1. part. 1. cap. 46. num. 4.* Card. de Luca *de emphyt. disc. 28. num. 7.* Panimoll. *dec. 4. num. 32. & 33.* Capon. *disc. 376. num. 19.* Rota *coram Coccin. decis. 1557. num. 15. & passim alibi.* Quindennium autem nil aliud est, quam solutio laudemii singulis quindennis annis; & hoc introductum fuit ad reddendam Ecclesiam capacem bonorum Emphyteuticorum, & ad reddendum indemnem Dominum directum, ne amitteret spem laudemiorum. Hoc autem genus quindenniorum, parum differt à solutione quindenniali, quæ fit Cancellariæ Apostolicæ vigore Constitut. Apostolicarum innovatarum à Clemente X. *Constitut. 50. Bullar. nov. tom. 6. pro Beneficiis unitis,* cum enim per unionem amplius non vacent, ne Annatistæ priventur jure suarum Annatarum, super verisimili supposito, quod illorum vacatio, & annatæ solutio contingere possit singulis quindennis annis, reiteratur illius solutio de quindennio in quindennium, ut ad ornatum dixit Rot. *coram Cerr. decis. 2. num. 13. & 14.* Suntque ad instat *indictionum,* quas Cæsar Augustus subrogavit Olimpiadibus, ita dictæ ab indicendo, cum enim Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tri-

buta indixerunt, & quæ in eis trino lustro digesta solvebantur, primo lustro aurum, secundo argentum, tertio æs exolvere Collectores perurgebant, & quarto lustro rursus a principio repetebatur: & sic junctis tribus quinquenniis, quindennis annorum indictiones singulæ institutæ sunt, ut observat Pithæus *in Codic. lib. 1. tit. 12. de his qui ad Eccles. &c. ad Edict. potest. lig. 4. ab cod. relat.*

Decreti renovationis Emphyteutis.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

- 1 Res Ecclesie dicitur alienari solita quando præcessit una concessio solemnitas, vel duæ effectum sortitæ per spatium 40. annorum, vel ubi bona redacta sunt ad instat alodialium.
- 2 Bona emphyteutica devoluta Ecclesie ob non solutum canonem, possunt investiri etiam extraneis.
Bona Ecclesie, renovari solita devoluta, incorporata mensæ Ecclesie non possunt denuò investiri sine Beneplacito Apostolico.
- 3 In emphyteusi hereditaria, proximiores sunt reinvestiendi, quando non adest hæres ultimi investiti.
- 4 Laudemium debetur Domino directo ab emptore ad rationem duorum scutorum pro centenario.
Laudemium debetur etiam si fiat alienatio cum pacto redimendi.
Item si res emphyteutica transferatur vigore legati, aut Donationis.
- 5 Ecclesia Domina directa, non potest (concedendo renovationem), primam Investituram alterare in substantialibus, sine beneplacito Apostolico.

VHis precibus, & attentis narratis, constitoque nobis, quod bona in illis expressa, licet de directo Dominio Ecclesiæ N. existat, solent de *Consuetudine* (sive ex concessione Apostolica, sive Concordia) linea finita, denuò Agnatis proximioribus, ac etiam successoribus non Agnatis concedi, & reinvestiri: ideò *solutò solito laudemio*, ac reservato canone: nec expressis eorundem bonorum hodiernis finibus, licentiam, & facultatem concedimus N. exponendi, & stipulandi instrumentum renovationis Emphyteusis favore N. ejusque filiorum, & descendentium *ad formam præcedentium Investiturarum*, & non alias &c. omni &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. *DE CONSUECUDINE*. Res Ecclesiæ dicitur solita locari, & in Emphyteusi dari quando præcessit, aut unica concessio solemnis, & valida absque alio lapsu temporis, aut duæ concessiones minus solemnes effectum fortitæ per spatium quadraginta annorum, ut pluries firmavit Rot. & præsertim coram Arguel. *dec. 118. num. 4. & 5.* & coram Bich. *decif. 383. num. 52.* ubi aliæ decif. allegantur: vel ubi bona Emphyteutica sunt redacta ad instar bonorum allodialium, transeunt ad hæredes etiam extraneos, in quibus finita linea tenentur Ecclesia Investituras renovare favore proximiorum, nec valet pro se retinere, prout contingit in toto Statu Urbini, Romandiolæ, Abbatæ Farfen. Diocesi Æsina, & frequenter alibi, & de his locis Cardinalis de Luc. *de Emphyt. disc. 5. 6. 7. & 62.* Rot. coram Celso *dec. 192. & dec. 232.* & coram Bichio *dec. 57. dec. 377. par. 14. rec. & in Æsina immisionis 26. Junii 1682.* coram Paulutio *confirmata 5. Junii 1683.* coram Ursino.

2. Verùm etiam in his locis, si bona Emphyteutica devolverentur ob canonem non solum, posset declarata caducitate, Ecclesia Domina directa quemlibet aliam personam investire, quia consuetudo, sive Statutum renovandi intelligitur de devolutione ob lineam finitam, non autem si Emphyteuta cadat in commissum, Rot. *decif. 218. num. 7. & seq. par. 16. rec.* quæ decifio loquitur in ter-

minis Indulti Urbani VIII. pro Statu Urbini & in *Nullius scilicet Senogallien. bonorum 13. Junii 1695. minus adversatur coram Muto.* Aut si bona renovari solita, jam essent devoluta, & incorporata mensæ Ecclesiæ, tunc enim non posset fieri nova Investitura nisi obtento Beneplacito Apostolico, Ricc. *prax. p. 1. resol. 76. n. 8.* ubi declarat quando ad hunc effectum res mensæ incorporata dicatur, nempe si Prælatus eam describi fecerit inter alia bona mensæ, vel fructus inde perceperit.

3. Item advertendum, quod licet ex consuetudine, statuto, vel concordia, renovationes talium bonorum fieri debeant proximioribus agnatis: hoc intelligitur quoties ultimus investitus decederet nulla facta dispositione, quo casu ad exclusionem Domini directi proximior esset investiendus: secus autem si addit hæredis institutio; quia tunc hic quamvis extraneus; præfertur proximioribus, ut in puncto firmavit Rot. coram Cavallerino in *Æsina 14. Martii 1692. §. quandoquidem:* ea fundamentali ratione, quod quando Emphyteusis est hereditaria, & bona redacta sunt ad instar allodialium, comprehendatur sub universali hæredis institutione.

4. *SOLUTO SOLITO LAUDEMIO*. Laudemium regulariter, & de jure debetur Domino directo ab emptore ad rationem duorum scutorum pro centenario *l. fin. Cod. de jur. emphyt.* ibique DD. At quia consuetudine, statuto, vel pacto minui, & augeri potest ut dicit

cit Fulgin. *de emphyt. tit. de laud. quest. 1. n. 5.* idem dicitur in formula quod solvatur solitum laudemium. Solvi autem debeat laudemium non solum quando sit renovatio propter lineam finitam; sed etiam quando res emphyteutica transit in extraneum vel aliam Ecclesiam vigore contractus etiam cum pacto redimendi, Niger. *de laudem par. 2. quest. 5. art. 1. nu. 24.* aut legati, aut donationis, Fulgin. *ubi sup. quest. 6. nu. 2.* Panimol. *dec. 4. num. 13. 26. & 27.* Rot. coram Coccin. *dec. 2314. nu. 1.* dummodò legatarius, vel donatarius non sit de compræhensi in Investitura, quia dum alienatio fit inter compræhensos laudemium non debetur, Fulgin. *ubi sup. q. 5. per tot.* ubi dat limitationes.

5. **AD FORMAM PRÆCEDENTIUM INVESTITURARUM.** Per hanc clausulam datur intelligi quod Ecclesia, quæ concedit renovationem, non potest primam Investituram in substantialibus sine Beneplacito Apostolico alterare, putà de gentilitia, seu ex pacto, & providentia in hæreditarium, vel de tertia ad quartam generationem concedere. Reoan. *de reb. Ecol. non alien. q. 61. num. 5.* Rot. *dec. 165. num. 10. par. 10. rec. & coram Coccin. dec. 2264. à num. 45.* & hoc procedit non solum in præjudicium sui ipsius, sed neque in Investitura compræhensorum, quando est pacto, & providentia, & acquisita titulo lucrativo, puta per solutionem canonis medioeris summae, & cum promissione meliorandi, tunc enim primus acquirens non potest præjudicium inferre vocati, Marefcott. *var. resol. lib. 1. cap. 74. num. 3.* Rot. coram Coccin. *dec. 1543. num. 3. & dec. 55. num. 19. par. 10. rec.*

Decreti permissionis alienationis
vigore Beneplaciti
Apostolici.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 Beneplacitum Apostolicum pro alienatione bonorum Ecclesie semper

continet clausulas conditionales verificandas causa cognita.

Clausula -- si causa per te diligenter cognita, contenta in Brevi in forma significavit: non est verificanda judicialiter, sed per solum iuramentum impetrantis.

2 Beneplacitum Apostolicum potest precedere, & subsequi contractum alienationis, dummodò non tradatur possessio.

Alienans bona Ecclesie cum clausula Salvo Beneplacito Apostolico, nec alias aliter &c. non excusatur ab incursum poenarum.

3 Alienans bona Ecclesie per Procuratorem, non incurrit poenas Extravag. Ambitiosæ, si tradatur possessio ante impetrationem Beneplaciti.

4 Poena Extravag. Ambitiosæ sunt in viridi observationem, & allegantur Decreta, & nu. 5. 6. & 7.

8 In materia incursum censurarum in alienatione bonorum Ecclesie sequenda est opinio Sacr. Congregationum.

Bona fides sincera, vel ignorantia facti probabilis excusat alienantes ab incursum censurarum.

9 Confessarius non potest absolvere a censuris incursum ob alienationem bonorum Ecclesie.

Censuræ late à jure, vel ab homine Papæ non reservatæ, Episcopo reservatæ censetur.

10 Censuræ late contra alienantes bona Ecclesie sunt ex praxi reservatæ. Alienantes bona Ecclesie sine Beneplacito, censuras à Concilio Trid. suspensas incurrun, & n. 11.

12 Beneplacitum Apostolicum exigitur pro solvendo ere alieno illius, qui bona Ecclesie reliquit.

Compromissum de rebus Ecclesie fieri non potest sine Beneplacito.

Compromissum de re spirituali non fit in laicum.

13 Extravagans Ambitiosæ est ubique servanda, nec allegari potest non usus, & n. 14.

15 Beneplacitum Apostolicum ex lapsu temporis non presumitur intercessisse.

- nisse, nisi agatur de contractu Ecclesiæ favorabili.
 Beneplaciti præsumptio cessat ubi ex inspectione Instrumenti apparet solemnitates non fuisse servatas.
- 16 Regulares alienantes, seu hypotecantes bona Monasterii absque Beneplacito, pœnas in Decreto Urbani VIII. contentas ipso facto incurrunt.
- 17 Regulares non possunt retinere Aromatarium, nisi pro usu Religiosorum.
- 18 Regularis promotus ad Episcopatum recuperat jus succedendi in bonis Agnatorum favore suæ Cathedræ, & num. 19.
- 20 Religiosus egrediens à Religione factio Papæ, non recuperat bona ter-

- tio jam quæstia.
- 21 Asserti Judicis acta vidisse probat productionem, non autem Notarii.
- 22 Beneplacitum subreptitiè obventum nihil prodest, & exequi non debet. Adagium, quod Papa censetur habere omnia jura in serinio pectoris, quomodo intelligatur.
- 23 Beneplacitum est subreptitium si bona sunt litigiosa, & non fuit facta mentio de lite.
- Item si Testator reliquit bona Ecclesiæ cum prohibitione alienationis, & nihil de hoc fuit Papæ narratum.
- Clausula quorum tenores nihil operatur in his, quæ sunt facti.
- Scientia Papæ præsumpta non sufficit, ubi requiritur vera.

VISIS juribus, & testium depositionibus formiter inductorum, ex quibus constat alienationem bonorum Ecclesiæ N. loci N. in Beneplacito Apostolico (sive licentia Sac. Congregationis) nobis exhibito, & in actis producto contentorum cedere in evidentem utilitatem d. Ecclesiæ, causasque in precibus S. Sedi expressas veritati niti, & coram Nobis verificatas esse, ideò vigore facultatis in eodem Beneplacito tributæ, dicimus, & declaramus esse locum alienationi petitæ, & licuisse, & licere N. d. Ecclesiæ Rectori bona in Actis specificata, alienare, & distrahere pro pretio scutorum... ad effectum tamen pretium præfatum retrahendum integrè reinvestiendi (sive convertendi, sive deponendi &c.) in... juxta formam præscriptam in d. Beneplacito, & non alias, de cujus adimplemento infra.... d. Rector in actis nostræ Curie constare faciet sub pœnis arbitrio, ac etiam censurarum, & ita licentiam alienandi concedimus omni &c. Datum.

Ita pronunciaui Ego N. Vic. Gen. Judex Commissarius.

Datum, & publicatum fuit supradictum Decretum per d. N. in... die... anno... præsentibus N. N. & N. N. testibus &c.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

I. IN BENEPLACITO APOSTOLICO. Beneplacitum Apostolicum super alienatione bonorum Ecclesiarum, & locorum Piorum Ecclesiasticorum, sive expediatur per Datariam, sive à Congregationibus Concilii, & Episcoporum, & Regularium, habet regulariter in ventre clausulas, quæ

reddunt gratiam conditionalem, & quæ non nisi causa cognita verificandæ sunt; cum inducant formam per Exequutorem præcisè servandam, ut dixit Rota coram Dunozz. Sen. decis. 52. numer. 2. & coram Jun. decis. 731. num. 49. in quibus decisionibus firmatur, quod exequutores Beneplaciti nulliter gesserant propter neglectam clausulam -- ac bonis prædictis prius coram vobis specificatis. Quid

(Quidquid sit de executione Brevis expediti solito pro rebus deperditis in forma significavit, in quo continetur clausula -- si causa per te diligenter cognita &c. nam non est necesse, quod examinentur testes, sed sufficit, quod impetrans juret Capitula in monitorio contenta esse vera, ut respondit Congreg. Episcoporum in Firmana 17. Januarii 1594.

2. Beneplacitum potest præcedere, & etiam subsequi contractum alienationis, dummodò non tradatur possessio juxta Consil. 1. Navar. de reb. Eccles. alien. vel non, & de stylo Curia testatur Corrad. prax. disputat. lib. 9. cap. 6. num. 18. Si enim ante impetratum Beneplacitum traderetur emptori possessio, alienans, pœnas Paulinæ Constitutionis non evaderet; etiam si possessio esset data cum clausula reservationis Beneplaciti, seu cum conditione -- Salvo, Beneplacito Apostolico, nec alias, aliter, nec alio modo, Genuen. prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 50. Donat. prax. rer. regular. tom. 1. part. 2. tract. 14. quæst. 25. n. 5. nisi fortè bona fides, aut ignorantia probabilis illum excusaret ad tradita per Quarant. in summ. Bullar. verb. alienatio num. 50. quem omnes sequuntur, ubi plures causas excusationis ab incurso pœnarum d. Extravag. adducit Corrad. prax. disp. lib. 9. cap. 6. num. 17. Panimoll. dec. 54. n. 13. & 14. Sac. Congregat. Concilii in Tarentina 9. Aprilis 1701. in qua cum adesset abusus locandi Capitularibus ad vitam bona Ecclesiæ absque Beneplacito Apostolico, & quæreretur an locationes sustinerentur, & an incidit in pœnas Extrav. ambitiosæ: responsum fuit ad utrumque negativè.

3. Sicuti pœnam dictæ Extravagantis alienans non incurreret, quando alienatio esset facta per Procuratorem cum reservatione Beneplaciti, qui tradidisset ante illius impetrationem, possessionem: quia mandatum, non censetur datum ad delinquendum, nec ad illicita, nec ad obligandum Dominum ad pœnam, Sebast. Medic. de regul. jur. par. 1. regul. 1. n. 65. & 94. & in terminis alienationis bonorum Ecclesiæ Ricc. in prax. par. 1. resol. 44. n. 2. & 3.

4. Et hic lectorem moneo, quod nonnul-

li DD. asserunt pœnas extrinsecas excommunicationis inflictas contra alienantes in Extrav. ambitiosæ, non esse usu receptas, neque locum habere in locatione bonorum ultra triennium facta, & hujus sequela sunt Barb. offic. Episc. alleg. 50. num. 235. & alleg. 95. n. 49. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 13. nu. 56. & alii apud ipsos: quod tamen erroneum puto; cum praxis Sac. Congreg. totum oppositum quotidie doceat, ut mox patebit; etenim Congreg. Concilii in una Florentina pluries partibus informantibus, proposita nempe 7. Junii & 20. Septembris 1692. & 18. Aprilis 1693. declaravit Cappellanum qui ad vitam locaverat bona Capellanæ, incurrisse Censuras d. Paulinæ.

5. In alia Segnien proposita 15. Martii 1692. contra Provinciale N. qui calices, & patenas Ecclesiæ antiquatas, & usu quotidiano amplius non accomodatas sine beneplacito alienaverat incidisse in pœnas d. Extrav. & Sac. Canonum declaravit, quod pro absolutione esset supplicandum SS. non obstante, quod Provincialis allegaret licentiam, & approbationem Capituli generalis.

6. Decretis Congregat. Concilii famulantur declarationes Congreg. Episcop. & Regular. Nam in una Beneventana 15. Januarii 1619. proposita, quod Canonici Collegiæ Ecclesiæ Beneventanæ bona stabilia alienassent sine beneplacito fuit rescriptum -- Illustrissimi Sac. Congreg. Patres Archiepiscopo qui annullat Contractus, & Canonicos qui alienarunt in pœnas Paulinæ incidisse declaret, neque Sede Apostolica vel Sac. Congreg. inconsulta absolvascribi mandarunt.

7. Et in alia Tropien. in qua Abbas Ord. Cisterciens. cum licentia Diffinitorii alienaverat vigore c. terrulas diversis Prædiola cum utilitate Monasterii; proposito dubio an esset incursum Censuras Paulinæ, die 11. Januarii 1692. rescriptum fuit -- Detur facultas Archiepiscopo S. Severinæ absolvendi, & confirmandi contractus, quatenus sint utiles.

8. Ex quibus bene deducitur, quod in hac materia incursum censurarum et alienationem factam sine Beneplacito Apostolico, non sit procedendum cum

sententia Doctorum forensium, qui innixi in verbo *presumpserit*, in Bulla Paulina contento opinantur, quod poena ista non incuratur, nisi dolus, & temeritas, (quæ delictum redoleat) concurreret, a quo quælibet causa excuset, inter quos adest de Luc. de alien. disc. 1. n. 99. & disc. 51. num. 3. Passerin. de stat. homin. tem. 1. q. 185. art. 7. nu. 669. & alii plures: sed sequenda sit opinio tuta dd. Congregationum (ad quas pertinet interpretatio d. Constitutionis,) quæ excusat alienantes ab incurfu censurarum, quoties adest bona fides sincera, vel ignorantia facti probabilis, vel etiam juris in personis non ita peritis, ut sapide tradit Ricc. in prax. par. 1. resol. 132. & Nicol. lucubr. civil. lib. 2. tit. 1. de rer. divis. n. 29. vers. ult.

9. Item inferitur, quod non sit verum (vel saltem valde dubium) assertum Donati prax. rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 14. quest. 92. nempe, quod cum Excommunicatio Paulina non sit reservata possit à quocunque Confessario absolvi: nisi ad excusandum hunc Authorem dicere velimus, quod firmare voluerit, Confessarium ad hoc ab Episcopo approbatum absolvere posse, ex illa communi, & recepta Sententia, quod Censuræ à jure, & Constitutionibus Apostolicis latæ, si sibi Papa non reservavit, Episcopo reservatæ censeantur, de qua apud Sayr. de censur. lib. 2. c. 19. num. 2. & in specie de hac censura Bellet. disq. cleric. part. 2. tit. de pœn. cleric. §. 35. num. 15.

10. Cæterum cum quotidie à Sac. Congr. committatur Episcopis absolutio talis excommunicationis incurse ob alienationes bonorum Ecclesiæ; evidens fit, quod saltem ex praxi, de qua testatur (preter allegata Decreta) Piafec. prax. Episc. par. 2. c. 5. art. ult. de bon. mens. Episcop. sit reservata, & quod Confessarii in illius absoluteione se ingerere non debeant quia secundum opinionem plurium DD. alienantes sine Beneplacito non tantum pœnas Extravag. Ambitiosæ, sed etiam censuram Papæ reservatam in cap. 11. sess. 22. Concil. Trid. de refor. incurrunt, Leo in Thef. for. Eccles. par. 1. cap. 15. num. 53. Gallemart. collect. in Concil. Trident. dict. cap. 11. cui ibid. num. 2. hæc habet -- Et

qui bona Ecclesiarum absque Sanctæ Sedis Apostolicæ impetrato assensu post publicationem Concilii in perpetuum scienter aut annuo censu locaverunt, conduxerunt, permutarunt, aut alias alienaverunt, & alienata receperunt subjacent pœnis præsentis decreti.

11. Et licet alii, quos citat Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 1. & §. 4. num. 14. teneant contrarium; nihilominus Sac. Congr. Concilii pluries amplexa est primam sententiam, ut refert Leo loco mox citato, & in una Neapolitana 24. Januar. 1632. sic respondit -- Sac. Ec. Di. bio mature discussio censuit permutationem inter duas Ecclesias absque solemnitatibus factam effectuatam minimè sustineri, & Rectores ipsarum Ecclesiarum incidisse in pœnas cap. 11. sess. 22. de reform. & Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. contentas, sed agendo cum Sanctissimo pro absoluteione, & dispensatione ab irregularitate si quam contraxerunt, lib. 14. dec. pag. 564.

12. Exigitur autem Apostolicum Beneplacitum, non solum quando alienatio bonorum fit pro sola utilitate, & commoditate Ecclesiæ; sed etiam quando fit pro solvendo ære alieno illius qui bona, & hereditatem reliquit, quoties fuerint Ecclesiæ vel loco Pio incorporata, ut respondit ead. Congr. in Salutiarum 20. Septembris 1642. lib. 17. dec. pag. 103. Item de rebus Ecclesiæ compromissum non potest sine Superioris assensu, & beneplacito: qui enim non potest alienare, neque compromittere potest, Tusch. lit. C. concl. 501. num. 34. cum aliis apud Barb. appell. 14. num. 17. & si agatur de re spirituali, compromissum non potest fieri in laicum et contingit de arbitr. ibique Canonistæ communiter cum Fagnan.

13. Neque ab impetratione Beneplaciti excusat non usus Constitutionis Ambitiosæ; quia non usus non est allegabilis: cum ubique præsumatur recepta tam in nostra Italia, quam extra Genuen. prax. cap. 72. secundum impress. Neapol. 1602. Ciarlin. contr. 105. num. 111. & 112. Ventr. prax. p. 1. annot. 1. §. 4. n. 19. Pignat. consult. 126. num. 4. tom. 9. & declaravit Congr. Conc. in Vladislav. 1. Julii 1647. cum

cum enim Episcopus renueret renovare seu prorogare concessionem honorum Ecclesiarum factas ad 50. annos a suis Predecessoribus, & partes opponerent, quod Extravagans Ambitiosæ non esset usu recepta in illis partibus, & ipse quæreret an posset id facere absque beneplacito? non usum dict. Constitutionis allegabilem non esse, & absque Beneplacito alienantes fieri non licere respondit, lib. 18. dec. pag. 335.

14. Et in alia Mediolanen. 13. Nov. 1655. Censuit bona Ecclesiarum, piorum locorum non posse alienari, nec concedi sola auctoritate Archiepiscopi, sed omnino requiri Beneplacitum Apostolicum ad prescriptum Constitutionis Paulinæ non obstanti prætenso allegato non usu, seu consuetudine, & die 20. ejusd. facta ratione Sanctiss. approbavit lib. 19. Dec. pag. 535.

15. Neque juvat (nisi exhibeatur expressum) allegare præsumptum ex cursu temporis quia hoc substulit Constituto Urbani VIII. in Bullar. tom. 5. in ordine la 270. pag. 383. in qua præservatur sola centenaria, & immemorabilis concurrentibus requisitis, Rot. coram Cerro decis. 673. num. 12. Corrad. prax. dis. lib. 9. c. 6. n. 17. vers. at verò Ad. ad Pamphyli. dec. 133. post. nu. 14. Verùm quia hujusmodi Constitutio emanavit ad providendum præjudiciis Ecclesiarum: si ageretur de contractu eis utili, & favorabili, tunc adhuc locum habere poterit doctrina communis, ut scilicet Beneplacitum præsumatur in fuisse per lapsum temporis 40. vel 30. annorum juncta observantia contractus sine contradictione, ut tenet Passerin. de stat. hom. tom. 1. quæst. 185. art. 7. nu. 613. vel si ageretur de contractu inito inter Ecclesiam, & Ecclesiam: nam etiam tali casu Beneplacitum Apostolicum præsumitur intervenisse spatio 30. annorum cum observantia subsequuta, ut in pacto d. Constitutionis Urbani respondit Rot. coram Duno. Jun. decis. 713. num. 6. & 10. dummodò tamen ex productione, & facie instrumenti non appareat non fuisse solemnitates servatas: nam præsumptio quæ oritur ex antiquitate temporis, quod scilicet fuerint adhibitæ solemnitates, cessat ubi ex inspectione Instrumenti apparet servatas non fuisse, vel alius insubsistens.

titulus fuit productus, Rota coram Pamphil. dec. 153. n. 7. ibiq; Add. n. 14. & 15. Donat. prax. rer. regul. to. 1. p. 2. tract. 14. quæst. 29. num. 2. Rot. coram Burat. decis. 122. num. 41.

16. Regulares verò, qui res mobiles pretiosas, & immobiles alienant, locant, vel distrahunt, Censuræ, & hypothecas constituunt absque beneplacito Sac. Congr. Concilii præter pœnas Extrav. ambitiosæ, alias privationis Officiorum, inhabitationis ad illa, vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrunt juxta Decretum generale Urbani VIII. anno 1624. emanatum, & quod per extensum referunt Piasec. prax. Episc. par. 2. cap. 5. art. ultimo de bon. mens. Episc. post. num. 37. Donat. ubi sup. d. tract. 14. quæst. post. num. 5. absque alia sententia declaratoria ut respondit Congr. Concilii in Romana pro Cisterciensibus 1. Septembr. 1667. in qua propositis dubiis.

- I. An Abbates qui præsumunt Monasteriis ere alieno Consuatio nomine gravatis, teneantur ab illis Censuræ redimere, quantum tempore antecessorum factos?
- II. Quatenus teneantur, an negotiantes incidant in pœnas contractas in Decreto de rebus Regalibus non alienandis?
- III. An ad effectum incidendi in eas opus sit præcedenti declaratione?
- IV. An superioribus Regularibus licet mutuo pecunias accipere absque Monachorum consensu capitulariter requisito?
Die 16. Martii 1689. confirmando decretum anno 1657. latum, respondit.
Ad I. teneri.
Ad II. incidere.
Ad III. ad effectum eos inveniendi non requiri declarationem.
Ad IV. non posse, lib. 21. decis. fol. 56.

17. Et hinc neque possunt sub iisdem pœnis exercere artem venalem Aromaticarum præterquam pro usu Religiosorum. nec.

nec pharmaca cuique vendere, etiam prae-
textu amicitiae, seu familiaritatis, excep-
tis Theriaca, Hiacinto, & aliis vulgò
nuncupatis Chimicis, non obstantibus
privilegiis Ordinum Regularium cujuslibet
instituti etiam Societatis Jesu, qui-
bus Congregat. Concilii auctoritate Papæ
expressè derogavit in Decreto edito anno
1637. & postea confirmato 2. Septembris
& 16. Decembris in Concistorio 1647.
lib. 18. Dec. pag. 405. quia est negotiatio
illicita, & Ecclesiasticis personis prohi-
bita, ut non minus solidè, quam eruditè
probat Theophil. Raynaudus Soc. Jesu
in Opusculo de Religioso Negotiatore, ead.
Sac. Congreg. in Camerinen. 28. Februarii
1693. ad tertium.

18. Regulares autem qui promoventur
ad Episcopatum non acquirunt amplius
Religioni, sed propriae Ecclesiae: unde
licet Votum paupertatis substantia-
liter retineant; non dicuntur eorum bona
alienata in praejudicium Monasterii
cujus fuerunt filii sed mensurae: ideoque jus
quod per talem promotionem recuperant
succedendi in bonis Agnatorum delatis
post assumptionem, non pertinet ad Mo-
nasterium, sed ad Cathedralam, ut respon-
dit Congregat. Concilii in Neapolitana
3. Decembris 1639. in qua cum quaereretur.

- I. An Regularis professus incapax bonorum,
ad Episcopatum assumptus recuperet jus
succedendi quoad hereditatem post assumptum
Episcopatum sibi delatam?
- II. An eidem obstat celsio, & renunciatio
hujusmodi hereditatis factae ad favorem
fratris ad praescriptum S. Conc. Tr. c. 16. sess. 25. de Regul.

Sub d. die resolutio prodit.

Ad I. recuperare jus succedendi ad hereditates
post adeptum Episcopatum ad utilitatem suae
Ecclesiae sibi delatas, quoad proprietatem,
& ad proprium commodum quoad usum fructum.

Ad II. eidem non obstat supradicta am-
cessio, & renunciatio, quoad hereditates,
quae non sint alteri ante adeptum Episcopatum
acquisitae.

19. Et hanc opinionem tamquam ve-
riorem tuentur, & sequuntur Laurent.
de Franch. contr. part. 2. quaest. 118. per
tot. & ibi Pasqualig. Barbof. de jur. Eccles.
lib. 1. cap. 42. num. 243. Passerin. de stat.
hom. tom. 1. quaest. 185. art. 8. num. 206.
ubi alia Decreta ejusdem Congreg. refert;
qui post longam dissertationem super ve-
ritate, legalitate, & intelligentia text.
in cap. Statutum 18. quaest. 1. num. 207. sic
concludit. Sic ergo manet explicata prima
pars illius cap. statutum, & apparet quod
Episcopus Religiosus sic sibi vindicat velut
haeres legitimus hereditatem, quod tamen
sibi acquirit solum usum liberum, & liberam
administrationem independentem à Prælati-
Regularibus, dependentem vero à Pontifice,
ut à Summo Prælato, proprietatem vero ac-
quirit Ecclesiae cuius est Episcopus.

20. Bene autem dictum fuit in supra re-
lato Decreto, & in altro, quod affert Pas-
serin. dummodo non sint alteri acquisita:
quia bona tertio quaesita non recuperat
Religiosus egrediens à Religione factò
Papæ per promotionem ad Episcopatum,
vel aliam similem dispensationem: quic-
quid sit quando egreditur ante emissam
professionem, vel professionem annullat,
vel contemplatione Religionis, aut con-
ditionaliter renunciavit, prout distinguen-
do casus firmavit Rot. coram Cerr. dec.
530. per tot.

21. ET IN ACTIS PRODUCTO.
Hoc debet exprimi in Decreto, ad hoc
ut si Beneplacitum deperiret, talis Judi-
cis asserto satis probaret exhibitionem
fuisse realem, ut dicit Beltram. ad Greg.
dec. 59. num. 14. Rota coram Burrat. dec.
217. num. 8. quod secus dicendum esset
quando de Beneplacito non appareret,
nisi per assertionem Notarii; nam ei
non creditur, ut in terminis docet Ricc.
in prax. part. 1. resolut. 30. num. 4. & 5.
cum pluribus ab eo ibi allegatis quod
prius dixerat in decis. 32. num. 5. & 6.
part. 3.

22. VERITATI NITI. Si enim
Beneplacitum esset subreptitiè, & ob-
reptitiè, scilicet ob taciturnitatem ve-
ri, vel expressionem falsi, & per quod
Papa si scivisset verisimiliter non con-
cessisset, vel ad concedendum diffici-
lior

hior fuisset) obtentum, exequi non deberet: quia nihil prodesset, & alienatio esset nulla, Quarant. in summ. Bullar. verb. alien. n. 7. Passerin. de stat. hom. to. 1. q. 185. art. 7. n. 759. nisi taciturnitas versaretur circa qualitatem notoriam, vel quæ de jure inest, vel Papa novit, vel nosse præsumatur: adeo ut ei conveniat adagium, quod Papa censeatur habere omnia jura in scrinio pectoris c. 1. de Constit. in 6. quod verum est per interpretationem, quia omnia jura interpretari potest, Gloss. fin. in c. præter. verb. fallat dist. 23. vel dic quod in Papa non præsumitur ignorantia juris, nec præsumi debet, & censeatur ei nota qualitas, quæ est de jure, & omnia Decreta Concilii Trid. & Constitutiones suorum Prædecessorum, Rot. dec. 361. n. 12. p. 10. dec. 413. n. 77. p. 12. v. c. Passerin. in c. licet. 1. n. 15. de Const. in 6. vel demum dicas, quod coram Papa non sunt faciendæ allegationes juris, sed sufficit dicere, ita jure cavetur, Abb. in c. dudum il. 1. n. 3. de elect. Passer. ubi sup. n. 17. iste inquam defectus non facit gratiam subreptitiâ ad tradita per Navar. conf. 1. nu. 2. & 3. de feud.

23. Subreptitiâ autem diceretur Beneplacitum, si bona alienanda esset litigiose, & non esset facta mentio de lite, Passerin. d. art. 7. n. 709. vel res esset relicta Monasterio, aut Ecclesiæ cum prohibitione alienationis, & nihil de hoc fuisset narratum, vel obscure, & sub involuero verborum, Ricc. in prax. part. 1. resol. 42. per tot. Ex quibus inferas, quod clausula quorum tenores, & aliæ similes in expeditionibus gratiosis contineri solitis ex quibus

bus induci solet scientia Papæ, nihil operantur in his quæ sunt facti, sed quæ sunt juris tantum, quia dicitur scientia ficta, & præsumpta, quæ non sufficit, ubi requiritur vera, ut dixit Rota coram Seraphin. decif. 981. nu. 2. & 7. & sequitur Fagnan. in c. veniens n. 24. de transact.

Decreti alienationis bonorum Ecclesiæ auctoritate ordinaria concessi.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita de jure Divino, jure Civili, & jure Canonico.
- 2 Episcopus de jure communi concedit Beneplacitum pro alienatione bonorum Ecclesiæ modici valoris, usque ad summam scutorum 40.
- 3 Bona Ecclesiæ quæ excedunt valorem scut. 40. non possunt dividi in plura corpora, ut efficiantur alienabilia auctoritate Episcopi.
- 4 Fructus Censuum, non possunt rediri auctoritate Episcopi,
- 5 Fructus viginti annorum, æquantur prædiis rustici pretium bonorum.
- 6 Res Ecclesiæ potest in aliam magis utilem transmutari absq; Beneplacito, non tamen Patrimonium Clerici.
- 7 Emptor rei Ecclesiæ debet esse sollicitus de diversione pretii.

Vis juribus, & testium formiter receptorum depositionibus, ex quibus constat, alienationem Prædioli (sive Domunculæ, sive Arundineti, sive Oliveti, sive Nemoris, sive Vineolæ, sive Censuum) Ecclesiæ N. loci N. valoris annui verò fructus siti in territorio N. juxta suos fines, ut in processu; cedere in dictæ Ecclesiæ evidentem utilitatem, dicimus, & pronunciamus esse locum alienationi petiæ, & proinde auctoritate ordinaria nobis à jure tributa, licentiam concedimus N. dictum Prædiolum valoris pro pretio scutorum alienandi, ad effectum tamen pretium inde retrahendum convertendi in & non alias de qua pretii versione, tam emptor, quam dictus N. solliciti esse debent, & infra à die alienationis, & in actis nostræ Curie constare faciant sub pena reiteratæ solutionis, ac etiam censurarum. Datum &c.

N. Episcopus N. (sive Vic. Gen.)

N. Cancellarius.
ADNO-

ADNOTATIONES.

1. Alienatio rerum Ecclesiæ, quamvis jure Divino per text. *Levit. cap. 27.* jure Civili in *l. jubemus la 2. Cod. de Sacr. Eccles.* jure Canonico in *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. fin. de reb. Eccles. non alien. Clem. 1. eod. tit. Extravag. ambrosiosæ sub eod. tit. in 6. Concil. Trid. de reform. sess. 22. cap. 11.* sit expressè prohibita; nihilominus ubi adest Ecclesiæ necessitas, evidens utilitas, incommoditas, aut pietas, permissa est.

2. **AUCTORITATE ORDINARIA.** Potest Episcopus ex causis mox recensitis facultate sibi à jure tributa in *c. terrulas 12. quæst. 2.* (cui nunquam fuit derogatum,) licentiam alienandi concedere. Verum quæri solet ad quam summam, seu valoris rerum quantitatem extendatur talis facultas. Alii enim dixerunt excedere non debere summam scutorum 30. quos refert Capon. *discept. for. 270.* & pro Diocesis Montispelufii *Sacr. Congreg. Concil. 22. Septemb. 1635. lib. 15. dec. pag. 258.* Alii arbitrio Ordinarii esse relinquendum, & hos refellit ibi Capon. *n. 11. & 12.* Alii restringi debere ad scuta 37. *monetæ Romanæ* ad quam summam ascendere ducunt viginti solidos, quos summat *Glos. in d. c. terrulas Panimol. dec. 60. annot. 3. nu. 25.* & cum hac opinione transivit olim *Congr. Episc. & Regular. in Faventina 22. Maii 1601.* in qua viginti solidos ad scuta vigintiquinque aurea ascendere declaravit. Alii demum, quod sit procedendum juxta rerum qualitatem, & consuetudinem locorum ut apud *Ricc. in prax. par. 1. resol. 36. num. 8. Barbof. de pot. Episc. alleg. 95. n. 50. & 51. Nicol. in Flosc. verb. alienatio num. 1.* Fagnan. autem in *c. nulli de reb. Eccl. non alien. num. 26.* dicit, quod non sit tutum definire quæ res dicantur modicæ, vel exiguæ, ego tamen putarem quod in hoc arbitrium Episcopi prudenter regulatum extendi possit absque hæsitacione ad summam scutorum monetæ Romanæ quadraginta, attento præsertim hodie valore aucto scuti aurei.

3. Advertendum tamen est, quod bona Ecclesiastica, sive res mobilis pre-

tiosa, quæ excedunt notabiliter hunc valorem, non possent dividi in plura corpora, ad hoc ut minuatur valor, & reducantur ad æstimationem prædictam ad hunc effectum, ut res fiat auctoritate Episcopi alienabilis: prout Papa approbante declaravit Congregatio Deputata super moderatione Brevis Gregor. XIII. circa bona Ecclesiarum Diocesis Parmen. ad Livellum concessa 7. Octobris 1602. in responsione ad primum dubium: qui enim hoc faceret diceretur facere in fraudem legis, & absque solemnitate alienare, & positus in mala fide, & emptor qui hoc sciret, rem suam non faceret, & si esset frugifera fructus retinere non posset ad tradita per *Donat. de regular. tom. 1. part. 2. tract. 14. quæst. 81.*

4. Neque auctoritate Ordinarii possunt diminui, seu reduci fructus Censuum perpetuorum, vulgò *calare*: nam cum Censui perpetui creati ad formam Bullæ Pianæ connumerentur inter bona immobilia *Clem. exivi §. cumque annui redditus de verb. signif. Merlin. de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæst. 44. num. 37. Cyriac. controv. 219. num. 2. Rota decis. 413. num. 72. part. 12. recent.* ideoque absque solemnitatibus alienari non possunt; sequitur quod non valeant neque diminui, & reduci ad minorem fructum absque eisdem solemnitatibus: quia diminutio est species alienationis, ut in terminis individualibus tenent, & docent *Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 134. part. 1. per tot. & in prax. par. 1. resol. 87. num. 2.* & alii quos refert, & sequitur *Donat. prax. rer. regular. tom. 2. par. 2. tract. 14. quæst. 58. n. 1.*

5. Modicitas verò rei stabilis ad hoc, ut possit sola Ordinarii auctoritate alienari deducitur in prædiis rusticis ab exiguitate reddituum, qui licet sint incerti; & non uniformes; nihilominus certi sunt in substantia: quia facta compensatione anni sterilis cum fertili, fiunt uniformis, & fructus viginti annorum æquare pretium bonorum stabilium dixit *Rota decis. 522. num. 12. & 13. part. 5. recent.* cum aliis, quos sequitur *Sabell. Summ. div. tract. tom. 5. var. resol. resolut. 100. n. 10.*

M

6. Quan-

6. Quando autem res Ecclesiae in aliam transmutatur, puta ex Calice vestito fit Crux, ex Silva inutili Olivetum ex Vineâ deferta Pratum, non exigitur Beneplacitum Apostolicum, nec Ordinarii: quia non est propriè alienatio, neque distractio, sed in rem magis utilem, & necessariam conversio, P. Felix Potest. Panorm. in exam. Eccl. num. 870. vers. pariter, ubi dat concordantes. Non sic in subrogatione Patrimonii Clericalis, quod alienari sine licentia Episcopi non potest, etiam si in locum ejus subrogetur Beneficium, Sacr. Congreg. Concilii 16. Aprilis 1622. lib. 24. pag. 231.

7. SOLICITI ESSE DEBEBUNT. Emptor ei Ecclesiae tenetur esse sollicitus de versione pretii, quando alienatio fit ex causa necessaria puta pro solvendo aere alieno: non autem quando venditio fit ex causa voluntaria propter Ecclesiae utilitatem, ut hic prout distinguit Rot. post Cenc. de Censibus decis. 293. num. 20. part. 15. recent. Gratian. disputat. 45. nu. 34. & 35. hic autem hoc onus ei injungitur Decreto Judicis, ut Ecclesiae utilitas non pereat, sed

secura permaneant, quia ut dixit Rot. in decis. 186. num. 9. part. 16. recent. emptor debet esse sollicitus de versione quoties contractus à jure prohibetur licet sit voluntarius, & fieri non potest sine licentia Superioris.

Licentiae investendi pecunias.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia acquirendo potest contrahere sine Beneplacito.
Episcopus prohibens ne pecunie locorum Piorum investiantur sine sua licentia, illam gratis concedere debet.
- 2 Officiales, & Administratores locorum Piorum possunt in casibus de jure non prohibitis contractus facere absque licentia Episcopi.
- 3 Episcopus statuere, seu disponere non potest contra jus commune.

V Iso praesenti libello, & attentis narratis, ac informationibus habitis super securitate investmenti, licentiam concedimus Oratori investendi pecunias Ecclesiae N. (sive Hospitalis, sive Confraternitatis) in summa scutorum.... in bonis in precibus supra expressis, & Instrumentum investmenti exponendi, cum obligationibus, & cautelis favore Ecclesiae solitis, & consuetis ac de jure debitis, & praesentem licentiam unà cum libello in nostra Cancellaria registrari, & gratis expediri mandamus. Datum &c.

N. Vic. Gener.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. ET GRATIS EXPEDIRI. De jure in contractibus, quorum vigore Ecclesia acquirit, Beneplacitum Apostolicum sive Ordinarii non exigitur Genu. prax. cap. 73. num. 8. Clarin. contrav. cap. 183. post num. 107. Nicol. Lucubr. civil. lib. 2. tit. 1. num. 21. versic. ad exponendum. Verum ad removendas fraudes, & collusiones, quae interdum

intercedunt in administratione bonorum, & pecuniarum locorum Piorum, solent Episcopi vel Edicto, vel Decreto Synodi providere, ne pecuniae investiantur sine ipsorum licentia: quod etiam hoc facere jure possint, gratis tamen illam concedere debent, ne videantur hoc sibi reservasse ad quæstum faciendum, prout ita fieri debere decretum fuit in Synodo Farfensi in tit. de bon. Eccles. non alien. & declaravit Sacr. Congregat. Concilii in Anal.

Amalpbiana 18. Junii 1699. in responsione ad Decimum confirmata auditis partibus 6. Februar. 1670.

2. Reservatio autem hujusmodi licentiarum fieri non debet ab Ordinariis sub pena nullitatis Contractus : quia cum Rectores, & Officiales Ecclesiarum, & locorum piorum, habeant liberam bonorum administrationem possunt in casibus à jure non prohibitis validè absque eorum licentia contrahere, ut probant auctoritates, & Decreta, quæ retuli tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 15. n. 10. & seqq. præter supra allegatas.

3. Et proinde talis pena esset imposita contra dispositionem juris, adversus quam Episcopus statui non potest, cap. institutionis 25. quest. 2. cap. quod super his de major. & obed. & nullum produceret effectum Piafec. prax. Episc. par. 2. cap. 2. art. 2. de Stat. ab Episc. faciend. nu. 2. & seqq. Pac. Jord. lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 1. num. 49. Sicque contra inobedientes, & licentiam adhibere non curantes, aliis penis arbitrariis juxta facti, & contumaciæ speciem procedendum erit, prout dixi in loco mox supra citato.

Translationis Pensionis.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

- 1 Translatio Pensionis fieri potest coram Canonico Cathedralis.
- 2 Milites S. Petri, & omnes Cardinales possunt sine exhibitione Indulti transferre Pensiones coram Notario, & testibus.
- 3 Translatio Pensionis debet fieri in Clericum.
Qui clericatum obtinuit non legitime, non est capax translationis.
Clericus legitime promotus major septennio, est capax Pensionis.
- 4 Translatio Pensionis non fit in manus mortuas, neque sub conditione si transferens moriatur.
Translatarius nullo præcedente pacto potest permittere quod transferens potatur pensione.
- 5 Pensio reservata ab Episcopo, non

- potest in alium transferri.
Episcopus quando, & quomodo possit pensionem reservare offenditur.
- 6 Translatio Pensionis est valida, etiamsi non procedatur per viam extinctionionis, sed sufficit facultas transferendi coram persona in dignitate constituta.
 - 7 Transferens pensionem ultra medietatem, translatio non est nulla, sed remanet vitata in excessu.
Per translationem invalidam, non dicitur consumpta facultas transferendi.
 - 8 Facultas transferendi pensionem potest exerceri per procuratorem dummodo Translatarius sit persona certa.
 - 9 Qui habent facultatem transferendi Pensionem, potest illam transferre in suum filium illegitimum.
 - 10 Pensio potest reduci, & extingui absque Beneplacito Apostolico.
Pensio reducia, seu extincta, cum pacto, quod Pensionarius remaneat in suo pristino jure casu quo Titularis promissa non adimpleret, non potest reviviscere, nisi interveniat auctoritas Papæ.
Pensio data in titulum pro recipiendis ordinibus, vel alterius ministerii Spirituales, non potest reduci, nec vendi sine Beneplacito.
 - 11 Pensionarius, qui habet Indultum retinendi Pensionem, etiamsi non incedat in habitu, & matrimonium contrahat, non censetur dispensatus ad militiam, ad quam si transeat amittit Pensionem.
 - 12 Pensionarius transferens per mutus, & signa nulliter agit, quando in Indulto præscribitur quod Translatarii debeant nominari.
 - 13 Translatarius pro termini Pensionis decursis, & non solutis, potest, agere contra successorem in Beneficio confesso de diligentius factis contra Antecessorem.
 - 14 Clericus Pensionarius, non gaudet privilegio fori nisi incedat in habitu, & tonsura.
 - 15 Pensio translata est eadem pensio cum prima, & transit in Translatarios cum eisdem privilegiis.

M 2 Coram

Coram N. N. uti Persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, & ad omnia, & singula infrascripta assumpta, & pro Exequutore electa, meque Notario publico, testiumque infrascriptorum presentia, presens, & personaliter constitutus N. mihi Notario, & testibus, ac supradicto N. Exequutore bene cognitus, afferuit sibi tanquam Conclavistæ (sive Militi S. Petri, vel S. Pauli &c.) fuisse ab N. Papa N. concessum Indultum, ut quicumque loci Ordinarius, vel Canonicus Cathedralis Ecclesie, aut persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in Romana Curia, quam extrâ eam ad id per eum coram Notario, & testibus fide dignis, eligendus, vel eligenda, quascunque pensiones annuas sibi super quibuscunque fructibus, & obventionibus univèrsis quaruncunque Mensurum Episcopaliùm, Archiepiscopaliùm, & Abbatialium, Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum, cæterorumque Beneficiorum reservatas, translatas, seu reservandas, & transferendas, etiam si semel, vel plures translatae fuerint, usque ad Summam Ducatorum auri de Camera in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatae, & extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas ad summam præfatam Ducatorum super eisdem fructibus, &c. uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eum nominandis, vel etiam Clericali Caractere nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc, & postquam dicto caractere ritè insigniti fuerint seu alias pensionum hujusmodi capacibus, etiam quacunque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus ad id ab eis speciale mandatum habentibus, eisdem modo, & forma quibus eidem N. Conclavistæ reservatae, translatae, seu reservati, & translati erant, etiam absque consensu mensas, & Beneficia hujusmodi obtinentium integrè persolvendas, &c. usque ad dictam summam, & quantitatem, reservare, consumere, condere, & assignare possit, ac sub certis modis, & forma in eodem Indulto, seu Privilegio Conclavistarum expressis sub datum Romæ

Et quod successivè per N. vigore fuerit sibi translata una pensio, seu rata Pensionis annuæ, scutorum monetae Romanæ ... super Mensæ Episcopalis N. fructibus (seu Parochiæ) nunc per N. possessæ, & ab eodem, & successoribus Præsulibus persolvenda annis singulis duabus æqualibus solutionibus, una videlicet in Domini Nostri Jesu Christi; & alia in S. Jo. Baptistæ Nativitatibus, & sic de termino in terminum, ac de anno in annum modo, & forma expressis in literis Apostolicis reservationis factæ à Papa N. favore prædicti N. transferentis sub datum Romæ seu, &c. ad quas &c. prout ex Instrumento translationis rogato per N. Notarium publicum N. sub die ad quod &c.

Volens propterea dictus N. uti dicto Indulto transferendi (quod in authenticam, & legalem formam, una cum Instrumento Translationis prædictæ in mei, & testium infrascriptorum presentia, præfato N. Exequutore electo relliter, & cum effectu exhibuit, & præsentavit ad effectum infrascriptum, animo tamen illa rehabendi &c. dimissa Copia) & transferre ad formam illius; necnon Constitut. S. M. Innoc. XI. super translationibus Pensionum editæ, nempe pro medietate illarum. Ideò spontè omni &c. consentit, suumque liberum consensum dedit, dat, præstat in manibus ejusdem N. uti personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, & ad id specialiter assumptæ, & electæ, ut ex Pensione scuto-

scutorum ... ut præfertur sibi translata (seu reservata) super fructibus Mensæ Episcopalis N. seu Parochiæ) rata scutorum ... Monetæ Romanæ cassatur, & extinguatur, firma tamen remanente rata non cassata, nec extincta ad ejus favorem, & ad effectum tamen, ut incontinenti alias novas Pensiones dictus N. Exequutor validè reservet, nempe unam pro summa scutorum ... monetæ Romanæ ad favorem N. & aliam scutorum similibus favore N. servata forma Indulti, & omni alio meliori modo, jure, via, forma, & causa, quibus melius, validius, & efficacius potest, & debet.

Qui D. N. uti persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, & per d. N. Exequutor electus, visis, lectis, & bene consideratis d. Indulto Conclavistarum, & Instrumento translationis, omni meliori modo, jure, via, & forma quibus melius, validius, & efficacius potuit, & debuit, admissio, & recepto prius consensu ejusdem N. prout illum admisit, & recepit de præfenti, Pensiones scutorum super fructibus mensæ Episcopalis N. ratam scutorum monetæ prædictæ cassavit. & extinxit, itaut de cætero modernus, & pro tempore existentes Episcopi N. pro rata sic cassata prædicto N. solvere non teneantur eundem Episcopum, & Præsules successores, seu Administratores ob non solutionem ratæ sic cassatæ aliquas censuras, & pœnas de cætero minime incurrere posse decrevit.

Et incontinenti, & successivè alias Pensiones annuas, nempe unam scutorum ... ad favorem N. & aliam scutorum Monetæ Romanæ ad favorem N. super dictæ Mensæ Episcopalis N. & annexorum quibuscumque fructibus, obventionibus, emolumentis universis certis, & incertis in quacumque re consistentibus undecumque, quomodocumque, & qualitercumque provenientius præfentibus, & futuris, etiam si aliæ Pensiones annuæ aliis personis reservatæ existerent, & pluries translatae essent, eisdem N. & N. & eorum cuilibet quoad vixerint, & quilibet eorum respectivè vixerit, juxta tenorem dicti Indulti, & illius formam, ac alias cum omnibus exemptionibus, & privilegiis, Decretis, clausulis cautionibus, vinculis, obligationibus, & cauthelis in indulto, ac literis Apostolicis reservationis, & facultatis respectivè transferendi contentis, & expressis, integrè per modernum, & pro tempore existentes Episcopos successores in loco, ac terminis, ut supra expressis respectivè persolvendas, Apostolica auctoritate, & vigore Indulti hujusmodi, ac omni alio meliori modo, reservavit, constituit, & assignavit, reservat, & assignat: mandans moderno, & pro tempore existenti N. Præsuli, seu Administratori, aliisque quibuscumque ad quos spectat, seu spectabit quomodolibet in futurum, etiam sub sententiis, censuris, & pœnis in eisdem literis Apostolicis reservationis Pensionis hujusmodi contentis, quatenus eisdem N. & N. licet absentibus me Notario pro eis &c. & cuilibet eorum pro sua rata respectivè, Pensiones sic eis reservatas in suis debitis terminis, & temporibus persolvere teneantur, & debeant non obstantibus &c.

Super quibus omnibus, & singulis, idem N. Judex, & Exequutor sic ut supra electus, & assumptus pro Tribunali Sedens & causa cognita suam suæque Dignitatis Ecclesiasticæ auctoritatem unà cum Decreto interposuit, supplendo omni meliori modo rogans &c.

Actum in præfentibus N. & N. testibus &c.

Et ego N. Not. public. &c.

Monacelli Form. Pars II.

M 3

ADNO-

ADNOTATIONES.

1. IN DIGNITATE ECCLESIASTICA CONSTITUTA.

Cessante facultate exequutio Indulti translationis peti non potest coram aliis quam coram constitutis in dignitate Ecclesiastica: idest non solum coram Episcopis, aut aliis Dignitatibus; sed etiam coram Canonicis Cathedralium, qui quoad hoc dicuntur in Dignitate constituti, ut in his terminis docent Gratian. *discrpt.* 551. nu. 18. & Tondut. *de pens. cap.* 28. n. 30.

2. Privilegium autem transferendi Pensiones etiam sine exhibitione Indulti coram solo Notario, & testibus, habent milites S. Petri, ut ibidem testatur Tondut. *num.* 31. nec non Cardinales, in quorum Indulto quoddam refert Cardin. de Luca *post tract. de Pension.* leguntur hæc præcisa verba -- *Seu si tibi magis placuerit, & ita volueris, etiam presentibus literis non exhibitis, vel presentatis, pensionem seu pensionis pro summa, & quantitate &c. in unam, vel plures personas, & alias saltem charactere clericali insignitas, &c. quandocumque tibi placuerit, etiam in mortis articulo nominandas, etiam coram solo Notario, & testibus &c. transferre possit, concedimus, & indulgemus &c.* In istorum inquam, & aliorum qui eodem privilegio potiuntur translationibus non requiritur ostensio facultatis trasferendi; quia Notarius non adhibetur ut auctoritatem interponat, sed dumtaxat ad probationem.

3. SEU ALIAS HUIJUSMODI PENSIONUM CAPACIBUS. Necessesse est ut translatus sit Clericus tempore translationis, ut dixit Rot. coram Greg. *dec.* 18. n. 5. nisi adsit in Indulto clausula de qua fit mentio in formula, idest si fuerit dictum ex tunc & nam tunc sufficeret quod post translationem Clericus factus fuerit, ut ex auctoritate Rota *decis.* 539. *par.* 5. *rec.* advertit Tondut. *de pens. cap.* 31. n. 1. ubi dicit hoc totum procedere, & verum esse quando Clericatus legitime, & rite collatus fuit, & ideo qui à non proprio Episcopo, & sine Dimissoriis Clericatum obtinuit, non sit capax transla-

tionis, & concordat Garc. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. n. 144. valde autem, & licite caractere Clericali insignitus, erit capax quamvis sit minor 14. annorum, dummodo sit major septennio Ricc. *in prax. par.* 1. *refol.* 378. n. 2. *secund. impres. Venet.* 1674. Gavant. *manual. Episc. verb. Pensio.* 7. *Sac. Concilii in Nullius* 24. Martii 1627. *lib.* 15. *decr.* pag. 128.

4. Translatio Pensionis non fit in Ecclesias, & manus mortuas: quia iste actus importat solum mutationem personæ, quæ subiectæ morti: unde cum Ecclesiæ, Collegia, aliaque loca Pia nunquam moriantur, ideo non dicuntur capaces translationis: etiam si translatio fieret fiducialiter in personam capacem ad commodum locorum incapacium ut late probat Card. de Luc. *de pensio. disc.* 66. n. 10. & *segg.* Neque potest fieri sub conditione si transferens moreretur ex infirmitate præfenti: vel cum reservatione seu pacto illam exigendi quoad vixerit: si enim ita fieret translatio esset nulla, Garc. *de benef. par.* 1. c. 5. n. 54. & 55. Paris. *de consil. quest.* 23. n. 49. Card. de Luc. *de pens. disc.* 64. n. 2. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quest.* 40. nu. 19. & 20. Non prohibetur tamen translatus nullo accedente pacto ex gratitudine pati ut transferens potiatur pensione, ut ex Rot. apud Greg. *decis.* 238. n. 1. apud Pen. *dec.* 56. Garc. *d. par.* 1. c. 5. nu. 51. Tondut. *de pens. cap.* 26. n. 4. firmat Card. de Luc. *de pens. disc.* 65. n. 6.

5. IN LITTERIS APOSTOLICIS. Si enim ageret de Pensione reservata ab Episcopo non posset transferri, nisi causa extinctionis litis, & pro bono pacis esset imposita: quia Pensio auctoritate ordinaria reservata non transit in successorem in Beneficio, qui reservationi non consensit Leo *ibid. for. Eccles.* *part.* 2. *cap.* 7. *de pens. num.* 32. *cum rite segg.* Gratian. *disc.* 617. n. 13. & *segg.* Cum enim huiusmodi Pensiones, quæ ab Episcopis reservantur, non nisi pro utilitate Ecclesiæ, vel sustentatione aliorum pauperum Scholaris, (ex cujus Indultoria, & labore utilitas Ecclesiæ speratur) ad mensuram necessitatis, & tantquam per speciem elemosinæ imponi valeant, ut communiter tradunt Garc. *d. par.*

d. part. 1. cap. 5. nu. 296. Gonzal. ad regul. 8. glos. § 5. nu. 27. Barbof. de offic. Episcop. allegat. 85. num. 11. Tondut. de pens. quæst. 1. num. 5. & seqq. Card. de Luc. de pens. disc. 50. nu. 3. Rot. coram Dunoze Jun. dec. 208. nu. 11. & 50. sequitur quod non possint transferri in alios, quorum favore Episcopus de jure reservare non potuisset, Leo ubi supra num. 36.

6. CASSAVIT, ET EXTINCTIO. Hic est notandum, quod si executor vel per incuriam propriam, vel Notarii, in actu translationis non procederet per viam cassationis antiquæ, & reservationis novæ Pensionis: adhuc translatio esset valida, quoties transferens declaravit se velle transferre ad formam Indulti: nam tunc virtualiter censetur antiquior Pensio extincta, & alia de novo reservata ad formam Indulti ut in terminis tenuit Rot. coram Cerro dec. 651. n. 2. Ut enim translatio Pensionis sit valida, sufficit exhibere facultatem transferendi habita relatione ad reservationem illius, & quod sit facta ad favorem personæ capacis coram persona in Dignitate Ecclesiastica constituta ut dixit Rot. coram eod. dec. 628. num. 9. & 10. forma autem servanda cassationis, & novæ reservationis non est conditionalis; sed modalis, quæ si non servetur vitiat, sed non vitiat; cum per liberum consensum præstitum coram exequutore, Notario, & testibus, & admissum censetur per æquipollens inducta perfecta translatio Rot. dec. decif. 651. nu. 2. coram Cerro, & coram Dunoze Jun. decif. 32. num. 5. & seqq. & in puncto coram Cocc. decif. 1754. n. 15. & seqq. Card. de Luc. de pens. disc. 58. nu. 6. & 7. præsertim accedente clausula omni meliori modo, & clarè ac magistraliter Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 40. à num. 45. ad 50.

7. Item, quod translatio pensionis ab habentibus Indultum, fieri non potest nisi pro medietate juxta Constitutionem mox referendam Innocentii XI. quam quoque retulit Gardin. de Luc. post tract. de Pens. secundam impressionem Venetam anno 1698. (apud quem, ibidem, tam hujus Constitutionis quam alterius ejusdem Pontificis super statu-

tariis successioneibus emanatæ, & quam per extensum dedi tom. 1. in Appendice pag. 332. videnda sunt commentaria) Unde si Indultarius Pensionem, seu Pensiones transferret ultrà medietatem, & summa permissam translatio non esset nulla, sed solum remaneret vitiatæ in excessu: quia cum sit materia dividua utile per inutile non vitiat Lotter. ubi supra num. 74. Tondut. de pens. cap. 23. num. 14. Card. de Luc. de Pens. disc. 66. n. 6. Add. ad Burat. decif. 12. litt. F. sicuti per translationem invalidam non remanet consumpta facultas transferendi Garc. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 249.

8. Item, quod hæc facultas transferendi exerceri potest etiam per Procuratorem Indultarii, ut docet Garc. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 246. ubi ampliatur ut locum habeat conclusio etiam in Indulto dicatus -- tibi concedimus -- vel per te eligendus, & Garc. sequitur Tondut. de pens. cap. 29. n. 5. & 6. hoc tamen intellige, dummodò persona, seu personæ in quam, vel quas, est Pensio per Procuratorem transferenda sit certa, seu certæ: nam aliàs Procurator hunc actum explorare non posset, quia facultas nominandi competens ex gratia Principis tanquam personalissima non potest explicari per alium, prout in terminis translationis Pensionis, dictam conclusionem limitando, & declarando respondit Rot. coram Dunoze Jun. decif. 208. num. 2. 50. 53. 62. & per tot. Cum enim (ut bene advertit Rot. ibi num. 11. 49. & 50.) capacitas Pensionis non deducatur de jure ex solo clericatu, sed ex aliis piis, & rationabilibus causis ministerium Indultario commissum censetur industriale, quod proinde alteri non potest committi.

9. Item quod habent facultatem transferendi pensionem potest illam transferre in suum filium illegitimum, ut tenet Paris. de resign. Benefic. lib. 7. qu. 4. num. 22. & 23. Gonzal. ad regul. 8. cancell. glos. § 5. num. 22. & 23. Barbof. alleg. 65. num. 27. & supra Concil. sess. 25. de refor. cap. 15. n. 34. Rot. coram. Zarat. dec. 33. num. 19.

10. Item, quod cum pensio confi-

deretur tanquam quid temporale, & separatum à titulo Beneficii; qui non habet Indultum transferendi potest illam in totum, vel in partem cassare, & ad minorem summam reducere, seu ad vitæ commoditatem cedere, & alienare absque Beneplacito Apostolico Rot. coram Buratt. decis. 469. & decis. 528. utrobique num. 1. Lotter. de re Benef. lib. 3. quæst. 29. num. 86. & seqq. Tondut. de pens. cap. 17. num. 25. & seqq. Card. de Luc. de Pension. disc. 68. num. 6. & de regal. disc. 37. sub num. 9. in fin. Sac. Congr. Concilii in Nullius 27. Maii 1645. lib. 17. decr. pag. 480. nisi tamen fieret pactum quod diminutio sit nulla, & Pensionarius remaneat in suo pristino jure, casu quo non adimplerentur promissiones factæ per titularem; tunc enim non posset Pensio semel extincta reviviscere, nisi interveniat auctoritas Papæ, ut habetur in dec. Buratt. supra allegatis. Vel Pensio esset data in titulum Beneficii, puta pro suscipiendis Ordinibus Sacris, vel alterius ministerii Spiritualis: tali enim casu, nec redimi, nec vendi potest sine auctoritate Apostolica Tondut. loco cit. n. 32. Lotter. n. 89.

11. Item, quod si alicui detur Indultum retinendi Pensionem etiamsi non incedat in habitu, & tonsura Clericali, vel Matrimonium contrahat: si Indultarius transeat ad armatam militiam, non poterit amplius Pensionem exigere ex quo dispensatus à gestatione habitus Clericalis, & ad matrimonium, non censetur dispensatus in sævis per regulam, quod dispensationes tanquam odiosæ strictè intelligantur: nec potest talis dispensatio supplere defectum provenientem ex militia, quæ est in diversa specie impedimenti, nempe illius per quod exercetur, seu exerceri possunt sæva, unde indiget sua speciali dispensatione, aliàs statim atque efficitur miles Beneficium, & Pensiones amittit ut in puncto tenuit Rot. coram Cels. dec. 69. num. 16. & 17. ubi ampliatur num. 22. locum habere etiamsi re integra antequam sæva exerceat militiam deserat, & primævum statum reassumat, & ita respondit quoque Congregatio Concilii in Nicien. 19. Decembris 1648. lib. 18.

pag. 563. Et in terminis Beneficii in Flumana 13. Januarii 1618. in qua Clericus habitu Clericali deposito sumpsit arma, accepit stipendium, processit ad bellum; sed nunquam pugnavit, & Beneficium erat juris patronatus, lib. 58. pag. 37.

12. Et tandem, quod licet facultas transferendi Pensiones non dicatur odiosa saltem odio irrationabili juxta opinionem Rot. coram Duran. dec. 67. quam sequitur Tondut. de Pens. cap. 31. num. 34. & Rot. post eundem decis. 86. num. 8. repetita coram Dunozz. Jun. dec. 768. num. 17. nihilominus, quando in Indulto præscribitur, quod persona, seu personæ in quam, seu quas transferendæ sunt, debeant per transferentem nominari: illius favor non extenditur ut possint nominari per nutus, & signia: nam si per infirmum, qui loqui non posset translatio per nutus, & per signa fieret non sustineretur, quia non diceretur servata forma in Indulto præscripta, ut respondit Rot. coram Pevtinger. dec. 363. & decis. 409. per tot. quam sequuta est coram Cels. decis. 378. num. 1. 3. & 4.

13. Data autem validitate translationis, an translarius possit agere pro terminis pensionis decursis, & non solutis contra Successorem in Beneficio: respondetur, quod sic, constituto de diligentis factis à Pensionario contra Titularem Antecessorem pro illis exigendis (est enim actio subsidiaria) quæ clarè probari debent, & quod fuerint absolutæ, & perfectæ: & dummodò Successori congrua remaneat, quæ in primis, & ante omnia deduci debet, Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 39. à num. 108. ad num. 150. Rot. coram Grego. decis. 507. num. 5. ubi Adden. num. 7. & coram Buratt. decis. 448. num. 9. ibique plenè Adden. num. 10. & sequentibus, ubi quod successor habeat regressum contra hæredes Antecessoris, vel alios, qui fructus perceperunt.

14. Illud quoque est notandum, quod Clericus Pensionarius non gaudet privilegio fori, nisi deserat habitum, & tonsuram Sacr. Congregat. Concilii 6. Junii 1622. in qua fuit dictum, quod in
Sant-

Sanctissimus rescribendum statuit, lib. 12. pag. 94. & licet non me lateat Sperell. dec. 66. num. 34. & seqq. contrariam Sententiam substinere, adhuc magis placet auctoritas Sac. Congreg. cui interpretatio Concilii (quod de pensionario non loquitur) est reservata: & hoc Decretum affertur etiam à Barbof. de Offic. Episcop. alleg. 57. num. 151. (sub diverso tamen die) ubi testatur vidisse originale.

15. **CUM OMNIBUS EXEMPTIONIBUS, ET PRIVILEGIIS ETC.** Per hanc expressionem datur intelligi, quod cum pensio translata revera sit eadem pensio cum prima, & nihil differat à reservata Card. de Luca de pens. ad Consilii. Innoc. XI. c. 15. n. 1. & extinctio, quæ fit ab Exequutore in actu translationis sit

potius mutatio personæ, & vitæ transfere-
rentis in personam, & vitam translatareii,
quam propriè extinctio juxtà constantem
opinionem Rotæ coram Buratt. dec. 638.
num. 3. coram Merlin. dec. 243. n. 12. & 23. co-
ram Dunozz. Jun. dec. 768. num. 17. 18. & 19.
& coram Cerr. dec. 628. num. 5. exemptiones
ab oneribus, & privilegia concessa pensio-
ni reservatæ, transeunt in translatarium,
qui utitur eodem jure, & privilegio, prout
utebatur transferens Rota dec. 122. nu. 10.
par. 2. rec. Lotter. de re benef. part. 1. q. 40.
nu. 346. sicuti etiam illius favore vigent, &
intactæ remanent obligationes factæ, &
fidejussiones datæ in pensionis reservatio-
ne Add. ad Gregor. dec. 445. num. 9. Add. ad
Buratt. d. dec. 638. num. 13. Tondut. de
pension. cap. 30. num. 32.

CONSTITUTIO

*Ut nemini liceat pensiones, vel fructus Ecclesiasticos transferre,
ultra illorum medietatem.*

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

- §. I. **C**ircumspecta Sedis Apostolicæ providentiâ Christi fidelium commo-
dis jugiter invigilans, ea, quæ aliàs pro Ecclesiarum, & Bene-
ficiarum Ecclesiasticorum exoneratione optimo quidem constituta fuere
consilio, si optatus inde effectus minimè proveniat, sed gravia potiùs
exoriantur incommoda, in melius commutare, atque reformare stu-
det, sicuti magistra rerum experientia faciendum suadet, ac æqui, bo-
nique ratio, necnon Ecclesiarum, & beneficiorum ipsorum utilitas, &
Christi fidelium pax, & tranquillitas noscuntur postulare.
- §. II. Cum itaque dudum fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædecessor noster om-
nes, & singulas facultate, indulta, & privilegia transferendi quascumque
pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedra-
lium, & Abbatialium mensarum, & quorumvis Ecclesiasticorum, tam sæ-
cularium, quàm regularium beneficiorum, quomodocumque qualificato-
rum, fructibus, tam certis, quàm incertis, ac etiam distributionibus quoti-
dianis reservatas, quæ tamen per extractionem integrarum pensionum
hujusmodi ab ipsis translatareii factam, realem, & actualem effectum for-
tita non essent, pro summa, quæ medietatem veri annui valoris fructuum
mensæ, seu beneficii, super quibus pensio transferenda, seu translata re-
servata reperiretur, excederet, quibusvis personis, etiam Abbatiali, Epi-
sco-

scopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, sive etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & Collegiorum; quovis intuitu, & consideratione, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, tam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos, quam ipsum Urbanum prædecessorem concessa, eatenus revocaverit, cassaverit, & annullaverit, ac viribus, & effectu evacuaverit, ita tamen, ut facultates transferendi pensiones huiusmodi pro ea parte, quæ medietatem fructuum, etiam incertorum vel distributionum, quatenus super illis essent impositæ, non excederet, firmæ, & illasæ remanerent: Et insuper voluerit, & ordinaverit, eos, qui prætextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum, huiusmodi partem pensionum translatarum solvere recusarent, ad excessum ipsum probandum teneri nec interim istius dispositionis prætextu processum executivum, aut solutionem integræ pensionis, quatenus aliàs locus esset impediri, aut retardari debere, & alias, prout in eisdem Urbani prædecessoris Constitutione desuper edita, & in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXIV. die xxiv. Januarii publicata, cuius tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

- §. III. Verum quotidiano experimento compertum sit, prænarratam Constitutionis huiusmodi dispositionem Ecclesiis, & beneficiis, pensionum huiusmodi onere gravatis, illasque obtinentibus, qui excessum medietatis fructuum iisdem pensionibus gravatorum probare, & interea donec rei iudicatæ effectum desuper obtinuerint, pensiones ipsas solvere tenerent; periculum esse proficuum, & è converso tam transferentibus, quam translatis pensionum huiusmodi non modicum adferre incommodum; illis quidem quod propter ignorantiam tum veri valoris annui fructuum, & distributionum; tum quantitatis aliarum pensionum desuper reservatarum, frequentissimè, ac ferè semper dubii sint, & incerti, quas pensiones transferre possint; his verò quod lites super pensionibus in eos translatis, quas Ecclesiarum, & beneficiorum huiusmodi possessores, sub prætextu excessus prædicti impugnant, sustinere, & prosequi cogantur: itaut ejusmodi litibus discutiendis, decidendis Tribunalia assiduè fatigentur, partes verò erumnosis dispendiis prægraventur.
- §. IV. Hinc est quòd nos litibus, & dispendiis huiusmodi ansam præcidere, ac tam Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum exonerationi, quàm illas, & illi obtinentium necnon eorum, quibus ejusmodi facultates transferendi pensiones in hac S. Sede concessæ sunt, & in posterum concedentur, ac illorum in quos pensiones ipsæ transferentur, communitati, securitati, & indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, ac quorumcumque privilegiorum, indulgentiarum, & facultatum transferendi pensiones huiusmodi, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos reservatos, & reservandos, quibusvis personis, cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, seu
alias

aliàs specifica, & individua mentione, & expressione dignis etiam motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, derogationibus, & decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos, & Sedem prædictam hætenus quomodolibet concessorum, litterarumque Apostolicarum, tam sub plumbo, quàm in simili forma Brevis, Cedularum motus proprii desuper expeditarum, & Chirographorum cujusvis Romani Pontificis manu subscriptorum tenores, etiam veriores, & datas aliaque omnia, & singula, etiam specialem, & individua mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pariter pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, exactissimè, & accuratissimè specificatis habentes; Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut de cætero omnes, & singuli; etiam S. R. E. Cardinales, seu quavis alia præeminentia, & dignitate præditi, & aliàs quomodolibet qualificati, seu specificam, & individua mentionem requirentes, quibus ejusmodi indulta, privilegia, & facultates transferendi pensiones annuas desuper fructibus, & redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis undecumque provenientius, & in quibuscumque rebus consistentibus, ac distributionibus, etiam quotidianis, & manualibus, & Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Abbatialium, aliarumque mensarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, personatum, officiorum, præpositurarum, præposituratum, Canonicatum, & præbendarum, aliorumvè quorumlibet cum cura, & sine cura, sæcularium, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti regularium beneficiorum reservatas, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus hujusmodi reservatos, sive per viam cessationis, & novæ reservationis, sive simplicis translationis, seu aliàs quomodolibet hætenus à Sede Apostolica concessæ sunt, & in futurum tam per Nos, quàm per Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem prædictam concedentur, eorundem privilegiorum, indultorum, & facultatum vigore dimidia dumtaxat, seu dimidia minorem partem ipsarum pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum illarum loco reservatorum hujusmodi, quas, & quos vigore primæ reservationis, seu in eos factæ translationis de præsentibus percipiant, & pro tempore percipient, seu legitimè percipere possunt, & poterunt respectivè, transferre valeant, ita tamen ut ejusmodi translationes, si servata cæteroqui dictorum privilegiorum, indultorum, & facultatum, ac præsertim quoad quantitatem pensionum & fructuum transferendorum in eis expressam, forma, & dispositione, factæ fuerint, tametsi fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac distributiones, etiam quotidianæ, & manuales mensarum, aliorumque beneficiorum hujusmodi pensionum, & fructuum reservatorum oneribus ultra eorum medietatem adhuc gravata remanerent nihilominus validæ, firmæ, & efficaces existant; nec ex capite excessus medietatis fructuum, aliorumque prædictorum, in vim prædictæ Constitutionis Urbani prædecessoris, quàm hac

in

- in parte quoad futuras translationes nullius roboris, & momenti fore decernimus, ullo modo impugnari possint, tenore presentis perpetuo statuimus, & ordinamus.
- §. V. Decernentes easdem presentes litteras, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati; & alii quilibet, etiam specifica, & individua mentione digni, ac Cardinalatus honore fulgentes, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causae, propter quas ipse praesentes emanarint, adductae, specificatae, & justificatae non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae seu interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, & in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter in praemissis censi, atque ira per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicae Sedis praedictae Nuncios, aliove quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
- §. VI. Non obstantibus facultatibus, privilegiis, indultis, aliisque praemissis, ac de jure quaevis non tollendo, & quod Cardinales praedicti sub regulis, & Constitutionibus faciendis non comprehendantur, ceterisque nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, necnon praedicta Urbani praedecessoris, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis praefatis, aliisque personis, & Collegiis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis, & insolitis clau-

clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, & scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & quantiscumque vicibus iteratis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. VII. Ut autem præsentibus litterarum omnibus facilius innotescunt, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, & affigi, sicque publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perindè afficere, ac si unicuique illorum personaliter intimatè fuissent; Ipsarum verò præsentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Febr. M. DCLXXVIII. Pontificatus nostri anno secundo.

I. G. Slusius.

Edicti Convocationis Congregationum
Confraternitatum.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus non potest se ingerere in administratione bonorum Confraternitatum.
Episcopus confirmat Administratores Confraternitatum, & exigit computa ab eis, & juramentum de fideliter administrando.
- 2 Confratres vota dare debent collegiativè, alias nulliter agunt.
- 3 Frater pro fratre non est legitimus testis quamvis sit frater sobrinus.
Consanguinei non sunt admittendi ad suffragium ferendum in Congregationibus, ubi agitur de interesse Consanguineorum in primo & secundo gradu.

- 4 Dolus, fraus, & malitia, sunt delicta Synonima, in quibus cadit pœna stellionatus.
Culpa æquiparatur dolo, ubi non agitur de infligenda pœna corporali.
- 5 Episcopus debet curare, ut bona locorum Piorum fideliter administrantur.
- 6 Fratres tam germani, quam Sobrini omnes vocem habent in actibus Capitularibus.
Statutum excludens plures fratres à voce in Capitulo, est laudabile.
- 7 Capituli determinationes sunt validæ, etiam si tres tantum Canonici interveniant, dummodo cæteri fuerint legitimè intimati.
Fallit in rebus arduis, & valdè præjudicialibus.
- 8 Voces superflue inventæ in scrutinio vitiantur, sed non vitiant determinationem si demptis superfluis remanet major pars vocum.

Doven-

DOvendo noi invigilare per debito del nostro Ufficio Pastorale, che le Confraternità de' laici (erette, & approvate con autorità Apostolica, ò Ordinaria de' Vescovi pro tempore in questa Città, e Diocesi, per essercitar atti di pietà, e di carità Christiana, e partecipare più abbondantemente de' tesori spirituali della Santa Chiesa) si mantengano nell'osservanza de' proprii Statuti, e che i loro beni, entrate, & elemosine date da fedeli per augumento del culto Divino, e della Religione, siano à quest'effetto *da essi fedelmente amministrate*, con partecipazione di tutto il corpo ò sia Collegio de' Fratelli, col presente Editto ordiniamo.

1. Che le Congregazioni, & convocazioni de' fratelli da intimarsi per provvedere all'occorrenze del luogo pio, e per risolvere, e determinare sopra gli emergenti temporali, e spirituali, si debbano convocare per giorno, & hora determinata, coll'intimazione precedente de' fratelli per giorni prima: della quale intimazione, si come della presidenza, ò assenza del nostro Deputato, si dovrà dal Segretario della Compagnia à cui appartiene di registrare le proposte, far sempre menzione nel libro delle risoluzioni.
2. Che non si habbiano mai per legitime, et valide le risoluzioni, et i provvedimenti delle Congregazioni sudette, se non saranno passate per bussola con voti segreti, et vinte dalla maggior parte de' fratelli presenti in esse nel luogo solito: e le fedi, attestati, consensi, ò dissensi, fatte, sottoscritti, e dati, da fratelli fuori del luogo solito delle Congregazioni, e della ballottazione, non habbiano mai nessun vigore, nè facciano in giudizio, nè fuori, *grado di prova nessuna*, ancorche fossero fatte, ò sottoscritti dalla maggior parte di loro uti singuli.
3. Che il Priore, ò altro Officiale al quale appartiene il jus di proporre, non possa ciò fare, nè i fratelli risolvere cosa alcuna in quelle Congregazioni, nelle quali non intervenghino fratelli.
4. Che nelle Congregazioni in cui si dovrà proporre l'elezione, ò conferma degl' Officiali, ò Ministri della Confraternità, che ricevono annuo stipendio, ò pure la distribuzione delle Doti, ed altri sussidii caritativi, non si ammettano à dare il voto, quei fratelli che saranno congiunti in parentela alle persone proposte, *in primo, ò secondo grado*.
5. Che tutte le proposte, e risoluzioni prese nelle Congregazioni legitime come sopra radunate, si registrino distesamente, e fedelmente immediatamente nel libro da ritenersi à quest'effetto dal Segretario della Confraternità, facendole sottoscrivere per maggiore legalità anche dal Priore, ò Priori.
6. Che nelle Congregazioni sopradette debba assistere, presedere (ma non votare) in Città il nostro Vicario Generale, e ne' luoghi della Diocesi il Vicario foraneo come nostri Deputati, quando non si faccia da noi altra deputazione: accioche questi colla loro presenza, e consiglio, procurino, e suggeriscono le risoluzioni, e partiti più utili, e lodevoli à pro del luogo Pio, e coll'autorità da noi comunicatagli, si tolga il fomento alle fazioni, dissensioni, e tumulti, che ben spesso sogliono nascere in dette adunanze.

7. Che

7. Che non-osservando i presenti nostri ordini , siano ficuri , che noi colla nostra autorità Ordinaria , & anche Apostolica delegata dal Sacro Concil. di Trento (se in qualche caso particolare non havremo dispensato) procederemo alla dichiarazione della nullità degl' atti fatti in contrario ; alla privazione degl' officii , alla cassazione del rollo de fratelli , alla condanna della refezione de danni , che da ciò potessero provenire al luogo Pio , & anche alle pene delle Censure , secondo la maggiore , ò minor colpa , *dolo , fraude , e malizia* che accompagnerà la transgressione , Volendo che il presente Editto affisso &c.

N. Vescovo N.

N. Cancellarius .

ADNOTATIONES.

1. **SIANO DA ESSI FEDELMENTE AMMINISTRATE.** Licet Episcopus possit , imò debeat ad tollendos abusus , & præjudicia locorum piorum Edictis præcavere , ut bona fideliter administrantur , non tamen in administratione se ingerere valet ; sed illam Confratribus relinquere , reservato sibi jure competente ex Concilii Trid. dispositione c. 8. & 9. sess. 22. nempè confirmandi Æconomos , & Administratores electos , & ab eis exigendi computa administrationis : nec non etiam juramentum de fideliter administrando , prout auditibus partibus declaravit Sac. Cong. Concilii in Aliphana 8. Maii 1706. Sac. Congr. Episcop. in Casarugaftana 29. Novemb. 1588. Sac. Congr. Concilii Lunen. Sarzanen. 19. Augusti in responsione ad 6. & in Ferentina 15. Martii 1704. cum aliis Decretis apud Pignatell. consult. 71. n. 5. tom. 6. & consult. 15. n. 32. tom. 7. quem allegavi tom. 1. tit. 6. annot. ad Form. XI. n. 16.

2. **GRADO DI PROVA NESSUNA.** Et enim de forma Collegii , ut Vocales collegialiter sint congregati , & est de substantia ut votum non detur à Vocalibus separatis , & singulis , & divisim in propria Domo , vel platea existentibus , sed collegiativè , alias nihil , & nulliter agunt , & vota non attenduntur Passerin. de elect. c. 16. q. 1. n. 3. Card. de Luc. miscellan. disc. 4. nu. 24. cum aliis à me allegatis tom. 1. loco mox supra cit. n. 23. Et licet de jure in hujusmodi adunantiis æconomicis , & politicis non

fit necesse adhibere scrutinium per vota secreta , cum non agatur de veris electionibus ad text. in cap. quia propter de elect. nihilominus praxis laudabiliter introduxit ubique , ut talis forma fervetur etiam in actibus communitatis , & Confraternitatum , prout testatur de Luc. ibi n. 25.

3. **IN PRIMO O SECONDO GRADO.** Sicuti fratri non est pro fratre integer testis , & non admittuntur ad juramentum propter periculum pejerandi , ut probant DD. quos refert , & sequitur Concil. resol. crim. verb. testes resol. 5. n. 1. vers. indecens : & appellatione fratris in subjecta materia testimonii ferendi veniat etiam Sobrinus , ut notat Vulpin. Succ. Farinae. q. 54. num. 12. hinc rationabiliter hi in mea formula excluduntur à voce propter præsumptam affectionem , exemplum sequuntur Congregationis Deputatæ sex præstantissimorum Cardinalium , pro reformatione , & gubernio locorum Piorum Urbis ab Innoc. XII. anno 1699. quæ inter cætera hoc Decretum publicavit : *Nelle Congregazioni , Compagnie , & altre Pie Università , che hanno Ministri salariati , ordina la Sac. Congregazione , che questi benche siano ascritti per fratelli , non habbiano il voto decisivo nelle Congregazioni generali , e segrete , se lo statuto non glie lo concede espressamente , e che nelle Congregazioni Segrete di qualsivoglia Confraternità ò Compagnie , non possano essere ammessi quelli , che siano parenti fino al secondo grado inclusivamente di altri , che siano della medesima Congregazione Segreta . Et quam-*

quamvis Decretum istud videatur loqui de Congregationibus Secretis: adhuc extra Urbem in Confraternitatibus ordinariis, in quibus non datur talis separatio motivum præsumptæ affectionis Consanguineorum, militat etiam in generalibus: præsertim, quia exclusio votandi non est generalis, (prout est dictum Decretum) sed pro paucis actibus.

4. **DOLO FRAUDE, E MALIZIA.** Sunt hæc delicta Synonima, & innominata in quibus cadit pœna Stellionatus ad tradita per Guazzin. *ad defens. reor. def. 33. cap. 9. n. 1. § 2.* idest extraordinaria. Negligentia autem crassa, seu culpa lata, æquiparatur dolo, ut inquit Medic. *de regul. jur. p. 2. regul. 1. ampl. 79.* Passerin. *tamen in tract. Tribunal. Regul. q. 28. art. 1. n. 10. ad 17.* dicit, quod ubi agitur in criminalibus, & in actionibus descendentibus ex delicto, culpa lata nunquam æquiparetur dolo, si agitur de infligenda pœna corporali; & quod ex culpa lata non possit quis puniri rigore pœnæ legis, sed mitiori.

5. Ut igitur mala, quæ per inordinatam locorum Piorum administrationem quotidie eveniunt evitentur; debent Ordinarii, Edictum de quo in formula, vel aliud simile evulgare, & observantiam exigere: fraudes punire, & voluntates benefactorum exequi facere: Cætera quæ ad Confraternitates pertinent notavi *tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 2. n. 8. & tit. 6. annot. ad form. 11. per tot. & in Appendic. ad Constit. Clem. 8. pag. 299.* Addendo, quod ea, quæ hic in formula præscribuntur, ut firmiora evadant, vel Statuto Confraternitatis, vel Synodo confirmentur.

6. Provisiones ejusmodi conveniunt, & præscribendæ videntur etiam Canonicis, pro rerum Capitularium recta gubernatione, paucis tantum variatis, puta in eo, quod plures fratres non possint insimul habere suffragium: item in eo, quod Capitulum non censeatur legitimum, nisi tot interveniant. Et enim quoad primum, ubi plures sunt fratres germani, vel Sobri-

ni, hoc minime obstat in jure quò minus in Capitulo, & actibus Capitularibus omnes vocem habere debeant, ut respondit *Congreg. Concilii in Vercellen. 23. Augusti 1631. & 14. ejusdem mensis 1634. lib. 40. fol. 20.* & idem est de Patruis, & pluribus Nepotibus Pignatell. *consult. 53. n. 6. tom. 6.* ubi alia Decreta refert Nicol. *in Physic. Verb. Vox n. 8.* quanquam si adesset Statutum, quod illos excluderet, laudabile esset, & servandum, Rot. *in Reatina Aquarum 13. Januarii 1698. §. cum namque cor. Urino.*

7. De secundo, quod scilicet electiones, & determinationes ordinariæ factæ in Capitulo tam ordinario, quam extraordinario, tribus dumtaxat Canonicis interresentibus, & vocem in Capitulo habentibus (omnibus tamen Capitularibus legitime intimatis) sint validæ, & servandæ, licet alter ex dictis tribus Canonici dissentiat, vel votum daret recusat, adest decisio plenè examinata Congregationis Deputatæ trium Eminentiss. Cardinalium in Romana functione inter Canonicos, & Capitulum Collegiatæ S. Mariæ in Cosmedin, & Archipresbyterum ejusdem in responsione ad trigessimum sextum Caput judicialis sententiæ emanatæ 4. Septembr. 1705. Passerin. *de elect. cap. 14. n. 11.* Quidquid sit dicendum in actibus arduis, & non necessariis, & valde præjudicialibus, aut in alienationibus, in quibus major pars Capitularium debet regulariter interesse, & expectari, juxta firmata in *dec. 887. coram Merlino.*

8. Est autem, tum in Congregationibus Confratrum, tum in Capitulis Canonicorum advertendum, quod si in scrutinio plura inveniantur suffragia, quam sint Vocales, & remotis superfluis, adhuc remaneant major pars, vota superflua vitiantur, & determinatio Contracemnitatis, seu Capituli remanet valida, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Forstiven. 17. Novembris 1629.* Nicol. *in Physic. Verb. Uxor n. 6.* Passerin. *de elect. cap. 40. n. 33.* ubi de electione Abbatissæ.